BWT
Italy.

REGII NEAPOLITANI ARCHIVI

MONUMENTA

EDITA AC ILLUSTRATA.

NEAPOLI
EX REGIA TYPOGRAPHIA.
M. DCCC. XLVII.

VOLUMINIS PRIMI

PARS ALTERA

948-980.

NOMINA EORUM

QUORUM OPERA MEMBRANAE ILLUSTRANTUR AC EDUNTUR.

ANGELUS GRANITO, Castri abbatis Marchio, Belmontis Princeps regius intimae admissionis Cubicularius, in Regni Procerum Senatum adlectus, universis Regni neapolitani Archivis Praefectus, Herculanensi, Pontanianae, aliisque academiis adscriptus etc. etc. etc.

ANTONIUS DE APREA, in Neapolitano theologorum collegio Sacrae Theologiae Magister, herculanensi academiae adscriptus, et in regio neapolitano Archigymnasio palaeographiae professor.

MICHAËL BAFFI, Artis diplomaticae in regio neapolitano Archigymnasio professor, et priori Magni Archivi Officio praepositus.

JOSEPH GENOVESI Ordinis Francisci I. Eques, herculanensium papyrorum Interpres, ac regiae earumdem officinae Praefecti vices gerens, herculanensi academiae adscriptus, Generalis Archivorum Praefecturae a secretis, et in cathedra palaeographiae regii neapolitani Archigymnasii professor substitutus.

JANUARIUS SEGUINO, in regio neapolitano Licaeo graecae ac latinae litteraturae professor, et quarto Magni Archivi Officio praepositi vices gerens.

CAROLUS GUACCI, in Magno Archivo prioris classis Officialis, et huiusce societatis ad membranas edendas conflatae a Secretis.

Membranis exscribendis, aliisque lucubrationibus diplomaticis ad hoc opus spectantibus dant operam

Hieronymus d'Alessandro,
Joseph Canonico,
Joseph Pocobelli,
Gabriel Giordano,
Michaël Giordano,
Nicolaus Buccino,
Joseph del Giudice,
Januarius Russo,
Joseph de Flora,
Raphaël de Antonellis.

INDEX MEMBRANARUM

QUAE

IN HAC ALTERA PRIORIS VOLUMINIS PARTE

CONTINENTUR.

LIV.

Maria filia Gregorii monachi vendit Ioanni partem praedii nuncupati Teverola, *quod Maliti extabat.*

LV.

Stephanus filius Leonis de loco Sassu pollicetur Leoni presbytero suo fratri germano se fructus, quos ex arbustis et oliveto colligeret, aequalibus partibus cum eo divisurum, et alia quae inter se pacti fuerant, diligenter perfecturum.

LVI.

Ioannes presbyter filius Ioannis pro Dei amore, et animae suae salute Benedicto Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi omnes suas fortunas, omnemque suam hereditatem tradit ea conditione, ut si quando monachum fieri sibi libuerit, monasterium eumdem excipere, et vestes cibariaque suppeditare deberet.

LVII.

Ioannes et Caesarius fratres germani Benedicto Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi vendunt sex uncias praedii nuncupati Bibituru *positi ad Tertium.*

LVIII.

Ioannes archipresbyter Ecclesiae S. Andreae, et Pitru filia Campuli litem de regula, quam sibi persolvendam archipresbyter contendebat, iureiurando dirimunt.

LIX.

Gregorius filius Sergii Graeci, et Fengitu eius uxor promittunt Leoni filio Boni, et uxori eiusdem Leonis Eupraxiae nullam iniuriam sese illaturos quoad praedium positum ad Castaniolum ac Suderanum, quod eidem Leoni venumdatum fuerat a Iohanne subdiacono fratre germano ipsius Gregorii.

LX.

Ioannes consul et Dux neapolitanus filius Ducis Marini, modium unum de suo praedio, quod vocabatur Mulianum pictulum, *situm Calbetiani, commutat cum praedio Caesarii Ferrarii, quod nominabatur* ad arbustum *in Campo ante S. Iacobum.*

LXI.

Ianiportus iam iam vita discessurus, coram clero S. Petri Cicciani, probisque aliis hominibus, et una cum Madelfrit nepote suo, donat Monasterio S. Sebastiani praedium, quod dicebatur ad Tabulam.

LXII.

Theoctista vidua Marini, et Ioannes filius Theophilacti iureiurando litem definiunt de quarta, quam ad se spectare super praedio posito Mariliani Theoctista contendebat.

LXIII.

Sergius cum consensu Rodelgrimae matris suae, Radimperga, Drosu, Eupraxia, Anna et Theodonanda sorores germanae, tradunt monasterio SS. Sergii et Bacchi quatuor partes servorum et ancillarum de loco nuncupato Casa Aurea Raviosa, *quas partes eidem monasterio donarat Ioaquinto, quintam vero partem apud sese retinent ex testamento Ioannis loci servatoris.*

LXIV.

Ioannes filius Tauri et Maru pro dote Annae filiae suae, quam Ioannes filius Petri Calciolarii uxorem ducturus erat, tradit praedium positum Piscinulae, et nuncupatum ad Pratum.

LXV.

Sergius Curialis finem imponit liti, quae sibi erat cum Sergio Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi, tradito ei praedio posito augustolioli, de quo diuturna inter se lite certarant.

LXVI.

Ioannes monachus filius Petri monachi, et Petrus ac Caesarius eiusdem Ioannis filii, se suaque tradunt Sergio Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi sub conditione, ut ipse Sergius iisdem victum, ac vestes, uti caeteris bubulcis, suppeditet.

LXVII.

Leo Herarius, et suus germanus uterinus Petrus Herarius divisionem inter sese ineunt domus, quae post Mariae et Aligerni suorum germanorum obitum ipsis obvenerat.

LXVIII.

Aligernus Kaietanus filius Leonis Praefecti tradit suis hospitibus, sive colonis Angelo, Leoni et Bono fratribus germanis praedium positum Craveliani, et pro annuo responsatico tres tritici modios ab iisdem requirit.

LXIX.

Leo et Gregorius Petri monachi filii praedium positum Muniani commutant cum tribus praediolis, quae Stephanus Grumi possidebat.

LXX.

Maria Petri Franci filia vendit Stephano filio Ursi praedium nuncupatum Rovosetum, *Marani positum.*

LXXI.

Leo Ursi filius de loco vocato Palude donat Ecclesiae S. Euthimii extanti in vico Solis et Lunae praedia sua, quae ad Cryptas *vocitabantur.*

LXXII.

Gregorius Sergii olim Praefecti, deinde monachi filius commutat partem praedii positi ad Senauba in agro puteolano cum parte praedii, quod Monasterii SS. Theodori et Sebastiani erat.

LXXIII.

Theodonanda abbatissa monasterii S. Archangeli ad Baianum fatetur sibi traditas fuisse a Maru monacha chartulas duarum donationum, quas eiusdem Maru Pater monasterio tradiderat.

LXXIV.

Ioannes Theodori filius vendit Mariae uxori Stephani sex uncias praedii, quod extabat Liciniani, et Mascarella *dicebatur.*

LXXV.

Bonitus filius Mauricii vendit coniugibus Ioanni et Mariae, Iudecauro et Fimiae praedium, cui nomen Campus de Miana.

LXXVI.

Ioannes presbyter, Drosu, ac alii vendunt Sergio Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi praedium nuncupatum ad Finem.

LXXVII.

Leo presbyter de Ferruniano Pittulo in agro Liguriano promittit Theodonandae Abbatissae monasterii S. Archangeli ad Baianum annuum responsaticum decem modiorum tritici, et unius pulli pro quibusdam ipsius Monasterii praediis in loco vocato de Liuperto positis.

LXXVIII.

Stephanus Ioannis filius commutat praedium vocatum Pastoranum *in Casali Cuniana cum praedio, quod ibidem neptis eius Maria possidebat, et* Viniola *appellabatur, et cum tertia parte alterius praedii vocati* ad Nucem *ad eamdem Mariam spectantis.*

LXXIX.

Gregorius Surrentinus Ioannis filius Stephano Leonis filio venumdat sex uncias domus positae in neapolitanae urbis vico, qui Virginum *appellatur.*

LXXX.

Maria Petri Manci filia vendit coniugibus Aligerno Saponario, et Drosu partes duas praedii positi in Campo, qui de Miana *vocabatur.*

LXXXI.

Garus Exerchitalus Langobardus Teudi filius , et Stephanus monachus Leonis monachi filius inter se dividunt praedia posita ad Mulianum , ita , ut quae extabant in partibus Langobardorum ad Garum , quae vero in neapolitano continebantur Ducatu , ad Stephanum pertinerent.

LXXXII.

Anna uxor Anastasii vita defuncti , et eius germanus frater Stephanus de praediis quibusdam chartulam divisionis condunt.

LXXXIII.

Pitru uxor Petri, qui antequam vita discederet, quatuor solidos legaverat pro animae suae salute, vendit Sergio Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi quaedam praedia, ut distributoribus quatuor illos solidos persolveret.

LXXXIV.

Maria Mastali uxor tradit Sergio Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi praedium Pausilypi positum, nuncupatum Lamam Maiorem, *ac tertiam partem praedii vocali* Camperti.

LXXXV.

Eupraxia vendit Andreae presbytero custodi ecclesiae S. Castrensis de Marano praedium positum Anglatae.

LXXXVI.

Stephanus Mannocci de Pumiliano Massae Atellanae promittit Sergio Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi colere, et uberiora efficere quaedam eiusdem monasterii praedia in praedicti pagi agro extantia.

LXXXVII.

Maria cum consensu Gregorii Isabri viri sui testamentum de suis omnibus rebus conficit quo quaedam Monasterio SS. Teodori et Sebastiani, quaedam vero suis propinquis legat.

LXXXVIII.

Gregorius ac Petrus fratres germani Gregorio Presbytero Custodi Ecclesiae S. Euphimii pollicentur colere et ad maiorem ubertatem perducere duo praedia ad eamdem Ecclesiam spectantia, et frumentum ac vina, quae inde colligerent, cum ipso Custode partiri.

LXXXIX.

Leo presbyter Custos Ecclesiae S. Petri ad Paternum, cui Pitru filia Campuli partem ipsius Ecclesiae ad se spectantem tradiderat, feminae huic pollicetur sese toto vitae suae tempore non defuturum officiis, quae in eadem Ecclesia absolvenda sibi forent.

XC.

Iureiurando definitur lis exorta inter Aligernum Athalarici filium, et Sergium Ygumenum Monasterii SS. Sergii et Bacchi qui transitum ad quemdam sui Monasterii agrum per ipsius Aligerni praedia habere contendebat.

XCI.

Anna Leonis vidua suae ex sorore nepoti Drosu tradit dimidium praedii positi ad S. Donatum ad Felicem pro uno ac viginti solidis aureis, quos Eupraxia sua socrus a Maria eiusdem Drosu avia mutuata fuerat.

XCII.

Adelgisus langobardus beneventanus, et Stephanus Leonis filius iureiurando definiunt litem, de compluribus praediis quorum dimidium ad Liburiam neapolitanam, alterum vero dimidium ad Liburiam langobardorum pertinebat.

XCIII.

Anna monacha Nicetae filia monasterio SS. Sergii et Bacchi donat praedium, quod e materna haereditate sibi obvenerat, positum Quarti Pittuli foris fluvium.

XCIV.

Ioannes Liber Postarius congregationi ecclesiae S. Petri Apostoli positae ad Mediam donat praedium positum in Planuria Maiore ad Sanctum Donatum.

XCV.

Petrus Curialis et Sergius, praedium positum Camparani in agro plagiensi commutant cum vinea monasterii SS. Sergii et Bacchi posita ibidem.

XCVI.

Anna monacha Nicetae filia, monasterio SS. Sergii et Bacchi donat universas res immobiles quas mater sibi reliquerat.

XCVII.

Petrus monachus Stauracii Farricelli filius, monasterio SS. Sergii et Bacchi, cui nomen daturus erat, tradit praedium positum ad Balnearia Quarti Maioris.

XCVIII.

Benedictus monachus monasterio SS. Sergii et Bacchi donat praedium positum ad S. Stephanum ad Mianam in Agro Plagiensi.

XCIX.

Ioannes Petri filius Stephano Ursi presbyteri filio vendit praedium nuncupatum Graniarium , *Marani positum.*

C.

Ioannes Sergii filius , ac Sergius Ygumenus monasterii SS. Sergii et Bacchi iureiurando quaestionem dirimunt , de quadam terra vacua posita in everso Castro Lucullano.

CI.

Ioannes monachus monasterio SS. Sergii et Bacchi, suum dat nomen , ac tradit praedia quae Circani in agro coemeteriensi , et Marani possidebat.

CII.

Ioannes , Stephanus ac Basilius fratres germani a Ioanne , qui ipsis defendere nequiverat possessionem praedii , quod eorum patri venumdederat , solutionem accipiunt aeris , de quo convenerant , et nullas in posterum molestias ipsi Ioanni sese allaturos pollicentur.

CIII.

Petrus Isabrus et Barbaria eius uxor monasterio SS. Sergii et Bacchi pro animarum suarum salute tradunt praedium positum ad Balnearia Quarti Maioris.

CIV.

Annae Leonis viduae testamentum.

CV.

Sergius Ygumenus monasterii SS. Sergii et Bacchi ecclesiam S. Severi ad suum monasterium spectantem tradit custodiendam Stephano presbytero, cuius parentes eidem ecclesiae donant modium praedii positi Paravoli.

CVI.

Stephanus presbyter Sergio Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi pollicetur sese custodem futurum ecclesiae S. Severi, quam superiori membrana ipse Ygumenus ei tradiderat, nec unquam recessurum fore ab iis, quae invicem pacti fuerant.

CVII.

Gregorius Surrentinus et Urania eius uxor Stephano Leonis monachi filio vendunt sex uncias cuiusdam domus in vico Virginum positae.

CVIII.

Leo et Gregorius fratres germani ab Urania Ferrandi filia praediolum Mianae positum accipiunt, ac litem definiunt de praediis, quae Ferrandus Uraniae pater Maru Leonis et Gregorii aviae venumdederat.

CIX.

Lis inter Caesarium Ioannis filium, ac monasterium SS. Sergii et Bacchi de finibus praedii nuncupati Cicanelli, quod in Quarto Maiore extabat, iureiurando deciditur.

CX.

Ioannes Marinus ac Euphimia Gregorio Ferrario praediolum Mianae positum vendunt.

CXI.

Gregorius Petri filius monasterio SS. Sergii et Bacchi pro animae suae salute donat praedium Arinianum.

CXII.

Aligisus cum consensu Ciceræ coniugis suae, ecclesiae S. Euphimii donat praedium positum Faibani in agro Paludano.

CXIII.

Leo cum consensu Eupraxiae coniugis suae Gregorio Ferrario praediolum quoddam venumdat.

CXIV.

Cicinus et Lupus fratres germani, Gregorio presbytero, medico, et custodi ecclesiae S. Euphimii vendunt duo praediola nuncupata Pumecaria *Massae posita.*

CXV.

Macharius monachus monasterio SS. Sergii et Bacchi donat praedium vocatum ad Puteum, *positum Putiniani.*

CXVI.

Petrus ac Ioannes fratres germani Stephano Leonis filio promittunt antiquam cameram, cui suberat cella vinaria uxoris eiusdem Stephani in regione urbis neapolitanae Summa Platea *nuncupata.*

CXVII.

Sabatinus, et Petrus, prior filius, alter adfiliatus Dominici Caesario Ærario venumdant praedium ad Parietinam.

CXVIII.

Gregorius Episcopus neapolitanae ecclesiae, et Sergius Ygumenus monasterii SS. Sergii et Bacchi, dividunt inter sese partibus aequalibus praedium Ciccanellum *positum in Quarto maiore de quo invicem diu contenderant.*

CXIX.

Ioannes Theodori filius pollicetur Sergio Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi nunquam fore, ut ipse aut sui posteri quidquam repetant de praediis, quae monasterium ipsum possidebat extra fluvium.

CXX.

Sergius Ygumenus monasterii SS. Sergii et Bacchi vendit Petro Basilii filio domum conditam in neapolitanae urbis vico nuncupato Deposulo *seu* Armentario, *et partem communis curtis, ubi posita erat ecclesia SS. Cosmae et Damiani.*

CXXI.

Petrus Marini monachi filius Sergio Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi vendit sex uncias palmenti, susceptorii, et terrae positarum in loco, qui Seniolum *dicebatur.*

CXXII.

Maria Ioannis filia pro redemptione animae viri sui Leonis vita defuncti, tradit Sergio Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi partem praedii nuncupati Casa Arsita, *positi in Quarto Maiore.*

CXXIII.

Ioannes Sergii filius Sergio Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi vendit praediolum positum Nonnariae in agro plagiensi.

CXXIV.

Sadelperga Stephani filia de Ciccіano donat Monasterio S. Sebastiani praedium positum in agro coemeteriensi in loco, qui Casole *appellabatur, usumfructum tamen in eo totam per vitam sibi reservat.*

CXXV.

Ioannes Ygumenus monasterii SS. Sergii et Bacchi cuidam Mari de Corano in agro coemeteriensi sub emphyteuticis conditionibus tradit praedium, quod superiori membrana Sadelperga eiusdem Mari soror dicto monasterio donarat.

CXXVI.

Mari filius Ioannis Mari monasterio SS. Sergii et Bacchi pollicetur servare emphyteuticas conditiones, sub quibus ab eodem monasterio traditum ei fuerat praedium, de quo sermo est in superiori membrana CXXVI.

CXXVII.

Ursus Petri monachi filius monasterio SS. Sergii et Bacchi donat fundum Genioli positum, et olivetum, quod Casapauli extabat.

CXXVIII.

Drosu et eius filia Rosa, ac Maria, Petro libertino Petri Surrentini confirmant venditionem cuiusdam praedii, quod Portici extabat.

CXXIX.

Maria et Anna commutant praedium dictum Imbela, *Nunnariae positum, cum fundo ad monasterium SS. Sergii et Bacchi pertinente.*

CXXX.

Sergius Matanulus a Stephano milite colendos accipit sub emphyteuticis conditionibus modios quindecim praedii vocati Turiniani *positi in agro liburiano.*

CXXXI.

Petrus Ursi filius accipit modios sex eiusdem praedii, cuius mentionem habet superior membrana CXXX.

CXXXII.

Aldericus Episcopus calatensis ab episcopali iurisdictione eximit ecclesiam, quam sub S. Crucis titulo Martinus, Alpertus, aliique eorum propinqui in pago Pauciani aedificarant.

CXXXIII.

Stephanus Abbas monasterii S. Angeli ad Terentianum Ioanni presbitero vendit praedium positum Casapaganae.

CXXXIV.

Sergius Ioannis filius Stephano Abbati monasterii SS. Severini et Sossii donat duo praedia posita Casapaganae.

CXXXV.

Sellecta cognomento Spensa Ioanni Ferrario vendit praediolum positum Anglonae.

CXXXVI.

Leo presbyter Ioanni Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi donat duos modios de praediis, quae Sassi in agro coemeteriensi possidebat.

CXXXVII.

Leo presbyter et monachus Petro filio suo donat omnem suam haereditem positam Sassi in agro coemeteriensi praeter duos terrae modios, quos monasterio SS. Sergii et Bacchi superiori membrana CXXXVI tradiderat.

CXXXVIII.

Ioannes Ygumenus monasterii SS. Sergii et Bacchi, ac reliqui monachi Marino presbytero ecclesiam S. Euthimii tradunt certis sub pactis atque praestationibus.

CXXXIX.

Gemma Sergii filia et Pitru filia Campuli iureiurando litem dirimunt, qua invicem contenderant de praedio quodam posito super clivo ad S. Petrum ad Paternum.

CXL.

Ioannes Filiolarius partem sui triclinii, et quoddam cubiculum commutat cum parte cellarii, quae ad coniuges Stephanum et Pitru spectabat.

CXLI.

Leo filius Ioannis Caesario Gregorii filio vendit praedium Brischani positum.

CXLII.

Basilius Isabrus monasterio SS. Sergii et Bacchi donat omnem suam haereditatem, cuius tamen usumfructum uxori suae relinquit, dummodo alteri vivo non societur.

CXLIII.

Theodonanda Caesarii Ferrarii filia Gregorio Ferrario vendit aedes quasdam in vico S. Georgii positas.

CXLIV.

Christina Occi Ferrarii vidua Petro Ioannis filio vendit aedes in vico S. Georgii.

CXLV.

Aligernus Boniti filius Gregorio Ferrario praedium in campo de Miana vendit.

CXLVI.

Ioannes Erasmi filius Ioanni Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi pollicetur excolere praedium vocatum Sessana, *positum in agro puteolano, et annuas quasdam praestationes persolvere.*

CXLVII.

Gregorius presbyter a monasterio SS. Sergii et Bacchi accipit ecclesiam S. Iulianes positam in regione Portae S. Ianuarii, et sacra officia obire, annuamque praestationem solvere pollicetur.

CXLVIII.

Stephanus Boni filius iureiurando dirimit litem, quae sibi erat cum monasterio SS. Sergii et Bacchi de praediis positis Nonnariae *in agro plagiensi.*

CXLIX.

Drosu cognomento Gemma Gregorio Ferrario vendit praediolum positum ad Centum pictulum.

CL.

Drosu, Maria, earumque caeterae sorores fratresque Gregorio Ferrario vendunt praediolum positum in campo de Miana ad Anglonem.

CLI.

Stephanus cognomento Basapicculus testamento servum Petrum, et ancillam Mariam in libertatem vindicat, iisque domus in vico Senarini positae usumfructum, dominium vero monasterio SS. Sergii et Bacchi relinquit.

CLII.

Kali Ioannis filia vendit Gregorio Ferrario praediolum in Campo de Miana.

CLIII.

Ursus et Ioannes Petrus, Marino Custodi Ecclesie S. Euthimii positae in vico Solis et Lunae promittunt excolere praedium positum Pinu *in agro padulano, et annuos persolvere canones.*

CLIV.

Çicinus Cesarii filius Gregorio Calciolario, Maru, et horum filio Petro vendit domuçellam positam in vico Ficariola.

CLV.

Stephanus Ioannis filius Leoni et Stephano Sparani filiis vendit praedium positum Pumiliani foris arcora.

CLVI.

Petrus Ferrarius, et Pitru Campuli filia quaestionem de praediorum suorum limitibus iureiurando dirimunt.

CLVII.

Petrus Ioannis filius praedium positum Terentiani in agro plagiensi commutat cum alio praedio, quod monasterium SS. Severini et Sossii possidebat in loco, qui dicebatur Ciranum.

CLVIII.

Gregorius Calciolarius, et Maru coniuges monasterio SS. Theodori et Sebastiani promittunt servare pacta, quibus idem monasterium prope hortum suum ipsis permiserat domum condere.

CLIX.

Petrus Sergii monachi filius Ioanni et Marino suis uterinis fratribus vendit duo praedia, primum in monte pausilipensi positum, alterum de terra, quae pergebat super aquas de doliolo.

CLX.

Ioannes Gregorii filius adscriptus monasterio SS. Theodori et Sebastiani, eidem donat praedium suum Pummicaria *nuncupatum, Massae positum.*

CLXI.

Marinus Consul et Dux neapolitanus Petro Abbati monasterio SS. Seberini et Sossii confirmat omnes donationes ac privilegia, quae a Ducibus praecessoribus aliisque hominibus monasterium assecutum fuerat.

CLXII.

Maria, Sergius et Leo Stephani Modiosoldi filii iureiurando litem decidunt, quam de iure transitus per suum praedium cum Gregorio Stephani filio habebant.

CLXIII.

Ciceru, aliique filii Petri de Castello Lauri Ecclesiae sub titulo Dei Genitricis et Virginis Mariae in Spelunca Vesuvii donant praedium, quod Liciniani habebant.

CLXIV.

Petrus Iuliani filius Stephano Leonis filio vendit praedium positum apud S. Petrum ad Paternum.

CLXV.

Ioannes Gualti filius, Ioannes presbyter, et Sparanus filii Adelperti, aliique cives S. Donati ad Felicem Summo Agelmudi filio capuano vendunt praedium Cesarani positum.

CLXVI.

Anna Stephani uxor Palumbo, aliisque Ioannis monachi filiis de Marano tradit excolenda tria praedia posita Faragnani, et annuas praestationes statuit.

CLXVII.

Ioannes Petri filius Ioanni Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi donat agros ac silvas, quas Ariniani possidebat.

CLXVIII.

Petrus et Stephanus Trasari filii, servi monasterii SS. Sergii et Bacchi, huius monasterii Ygumeno Ioanni promittunt observare pacta, quibus ipse concesserat iisdem uxores ducere.

CLXIX.

Theodonanda Abbatissa monasterii S. Marcellini, et Marinus Ioannis filius inter se dividunt duo praedia, quae vocabantur ad Atranum, *posita ad Subfretarium in agro puteolano.*

CLXX.

Anna Aligerni monachi filia, et Ioannes Ygumenus monasterii SS. Theodori et Sebastiani iureiurando litem dirimunt, quam inter sese habebant de praedio nuncupato Karictura *posito Pumiliani foris arcora.*

CLXXI.

Gemma Stephani monachi filia vendit Drosu Maladri monachi filiae, Mariae Petri de Leone filiae, et Theodonandae filiae Ioannis praedium positum in campo de Lucia ad Tertium.

CLXXII.

Sergius et Eupraxia Ioannis monachi filii, Savinianus Ioannis Farricelli filius, et Ioannis Ygumenus monasterii SS. Theodori et Bacchi inter se dividunt praedium vocatum Serana, *positum in agro puteolano.*

CLXXIII.

Marinus Sergii Praefecti et fortioris civitatis surrentinae filius duo praedia posita Maliti commutat cum aliis duobus praediis, quae in loco nuncupato Casapauli *monasterium SS. Sergii et Bacchi possidebat.*

CLXXIV.

Bona Petri uxor, Ioanni et Pitru coniugibus vendit praedium vocatum Cisminiana ad S. Sossium ad Pischinulam.

CLXXV.

Ursus Ioannis filius, Leo patruus eiusdem et Gregoria huius Leonis uxor, dividunt inter se praedium positum Nepetiani super clivum ad Gallorum.

CLXXVI.

Iidem contrahentes membranae CLXXV aliud praedium inter se dividunt.

CLXXVII.

Leo Tauri filius, eius uxor Gregoria et Ursus Ioannis filius Leoni custodi ecclesiae S. Severi vendunt praedium positum Nepetiani super Clivum ad Gallorum.

CLXXVIII.

Stephanus monachus monasterio SS. Theodori et Sebastiani donat praedia, quae Pumiliani foris arcora possidebat.

CLXXIX.

Pandolfus Salerni Princeps Martino Abbati monasterii S. Mariae de Spelunca sub monte Vesuvio confirmat omnia, quae idem monasterium possidebat.

CLXXX.

Ioannes et Stephanus Stauracii filii, Ioanni Ygumeno monasterii SS. Sergii et Bacchi vendunt praedium positum apud S. Petrum ad Paternum.

CLXXXI.

Romanus et Maria Basilii filii, et Sergius Ioannis filius monasterio SS. Sergii et Bacchi donant praedium positum in Quarto pictulo.

CLXXXII.

Sergius et Leo presbyteri custodes ecclesiae Beatae Mariae Virginis quae dicebatur de Reclauso *posita in vico Danielis, monasterio SS. Sergii et Bacchi vendunt praedium positum apud S. Petrum ad Paternum.*

LI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi imperante domino nostro Constantino magno imperatore anno quadragesimo: sed et romano magno imperatore eius filio anno tertio die vicesima tertia mensis ianuarii indictione sexta neapoli: Certum est me iohanne filium quidem domini cesarii: A presenti die promptissima voluntate venundedi et tradidi vobis domino petro venerabilis abba presbiter monasterii sanctorum seberini et sossi ubi eorum veneravilia quiescunt corpora: Idest integra petia mea de fundum positum in loco qui vocatur casapascati. habente finis ab uno latere fundum ipsius sancti vestri monasterii: et de alio latere est fundum heredum quidem ubandelperti vicedomini: et de uno capite est fundum Corbuli de ipso loco casapascati; a vero alio capite est via publica: Iterum venundedi vobis a die presentis. et integra una petia de terra mea que vocatur paternum posita in nominato loco. quod est ad mensura per passos modios quinque. ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesie mensuratum: coherente sivi ab uno latere terra qui fuit castaldi landoni: et de alio latere est via: et de uno capite est terra gregorii matanuli: et de alio capite est campum de corbulum: insimul cum introitas earum et omnibus eis pertinentibus: unde nihil mihi exinde remansit aut reservavi: qui vero ipsa terra mihi obvenit a stephanum filium domini iohanni comitis obsequii. et sergium seu stephanum quamque iohanne cui super nomen corbi germanis filiis quidem domini iohanni. et petrum seu iohannem germanis filiis quidem domini anastasii. et stephanum filium domini cesarii. hoc est thium et nepotes. seu exadelfis germanis per chartulas convenientie securitatis quam vobis in presenti dedi: Ita ut a presenti die et deinceps iam nominata integra petia mea de fun- an. 948.

dum positum in nominato loco casapascati : seu et ipsa integra petia de terra mea que vocatur paternum quod est ad mensura per passos modios quinque ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesie mensuratum. insimul cum introitas earum et omnibus eis pertinentibus. unde nihil mihi exinde remansit aut reservavi sicut superius legitur a me vobis venumdatum et traditum in vestra posterisque vestris nominato sancto vestro monasterio sint potestate qualiter exinde facere volueritis : et neque a me nominato Iohanne neque a meis heredibus vel a nobis personas summissas nullo tempore exinde habeatis quacumque requesitionem aut molestia tan vos qui supra domino petro venerabili abba presbiter quamque posteris vestris nec nominatus sanctus vester monasterius monachorum vestrorum per nullum modum in perpetuum : Insuper et ab omni homine omnique personas a partibus militie et a partibus langubardorum omni tempore ego et heredibus meis vobis posterisque vestris exinde in omnibus antestare et defensare debeamus : monstrante vos et posteris vestris mihi meisque heredibus nominatas chartulas quem vobis dedi ad relegendum ubicumque nobis necessa fuerit et sic vobis posterisque vestris illud antestare et defensare debeamus : propter quod accepi a vobis exinde in presentis idest auri solidos septem bytianteos et tare unum ut inter nobis comvenit : Si autem ego aut heredibus meis contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumpserimus vel si minime adimpleverimus hec omnibus nominatis per quovis modum aut summissis personis tunc componimus vobis posterisque vestris auri solidos viginti bytianteos : et hec chartula venditionis ut super legitur sit firmam : scriptam per manum anastasii curialis per nominata sexta indictione

† Ego iohannes subcripsi †

† Ego iohannes scriptor rogatus a nominato iohanne testi subscripsi et nominatum pretium tradere bidit †

† Ego petrus curialis rogatus a nominato iohanne testi subscripsi et nominatum pretium tradere bidi †

† Ego iohannes filius domini leonis rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi et suprascriptum pretium tradere bidi †

† Ego anastasius curialis qui nominatos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per nominata sexta indictione †

LII.

† In nomine domini dei salvatoris nostris ihesu christi imperante domino nostro Constantino magno imperatore annos quadraginta sed et romano eius filio anno tertio die vicesima mensis februarii indictione sexta neapoli: Certum est me anna filia quidem stephani primicerii una cum voluntate presenti domine marie genetrice mea et cum consensu domini sergii biri mei: A presenti die promtissima voluntate Venundedi et tradidi vobis stephano et anna iugales: Idest integra una petia de terra mea que vocatur at campu de lucia posita at tertia: Una cum arboribus et introitum suum omnibusque sibi pertinentibus: qui et coheret sibi de uno capite terra monasterii sancti sebastiani et de uno latere terra ioannis comitis et de alio capite via publica. et de alio latere terra sergii mastali. Unde nihil mihi remansit aut reserbabi. nec in aliena persona. commisit potestate. et infra nominatas coherentias in media loca est terra nominati sergii: Ita ut a nunc et deinceps iam dicta petia de nominata terra que vocatur at campu de lucia posita at tertium una cum arboribus et introitum suum omnibusque sibi pertinentibus unde nihil mihi remansit sicut superius legitur in vestra nominatis iugales. vestrisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere bolueritis: et neque a nobis nominata anna una cum voluntate nominate genitrice et viri mei neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore nunquam vos nominato stephanus et anna iugales: aut heredes vestris hebeatis exinde quacumque requesitione aut molestia per nullum modum in perpetuum: insuper omni tempore ego et heredes mei vobis vestrisque heredibus exinde ab omni homine omnique persona in omnibus antestare et defensare debeamus pro eo quod in presenti accepi a vobis idest auri solidos quinque bytianteos: ut inter nobis comvenit: quod si quotiexcumque tempore ego vel heredes mei contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumxerimus per quolibet modum aut sumissis personis tunc componimus vobis *vestrisque* heredibus auri solidos duodecim bytianteos: et hec chartula ut super legitur sit firma scripta quoque per manus anastasii notarii scribere rogatus die et indictione nominata sexta: hoc signum † manus nominate anne una cum

an. 948.

*

voluntate nominate genitricis et viri sui quod ego qui nominatos pro eis subscripsi et nominatos solidos confessus percepisse................alia manu..........

† Ego mastalus filius domini iohannis rogatus a suprascripta persona testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse.....na testi....

† Ego gregorius scriptor........ iterum testi.........

† ΕΓΟ ΑΝΔΡΕΑ ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ ΙΩ ΚΟΜ..... similiter testi......

† Ego anastasius notarius complevi et absolvi die et indictione nominata sexta..........eadem manu.....

† Ego petrus primarius curie uius civitatis neapolis hec exemplaria chartula venditionis sicut superius legitur quam eius authentica nobis atduxi dominus iacobu venerabili praesbitero et monacho grecum monasterii sancti sebastiani. pro ista exemplaria facienda at nominato monasterio sancti sebastiani. ex ipsa authentica relebata et a singulis relecta pro ampliore eius firmitate manus nostra propria subscripsi. imperante domino nostro alexio magno imperatore anno tertio decimo sed et iohanne porfilogenito eius filio magno imperatore anno secundo. die vicesima quinta mensis septembri. indictione. secunda †

† Ego stephanus tabularius. curiae uius civitatis neapolis hec exemplaria chartula venditionis sicut super legitur quam eius authentica nobis atduxi dominus iacobu venerabili presbitero et monacho greco monasterii sancti sebastiani. pro ista exemplaria facienda at nominato monasterio sancti sebastiani ex ipsa authentica relebata et a singulis relecta pro ampliore eius firmitate manus nostra propria subscripsi. imperante domino nostro alexio magno imperatore anno tertio decimo sed et iohanne porfirogenito genito eius filio magno imperatore anno secundo. die vicesima quinta mensis septembris indictione secunda †

LIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi imperante domino nostro Constantino magno imperatore anno *quadragesimo* primo sed et romano magno imperatore eius filio anno quarto die *quartadecima mensis* aprilis indictione septima neapolis: Certum est nos venedictum umilem igumenum *monasterii* sanctorum sergii et vaschi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sevastiani *qui appellatur* casapicta situm in viridiario. Una cum cunta congregatione monachorum nominati sancti nostri monasterii: A presenti die promtissima voluntate: Commutabimus et tradidimus vobis leo filius quidem aligerni et maria honesta femina oc est iugales: IDest integra portione de domum. et de curte. et horticello ubi est cetrarius. qui est coniunctus cum nominata corte quantum et quomodo fuit *portio* quidem *theodori* germano et cognato vestro *que at vos* ipsis tetigit. et in nominato sancto nostro monasterio hobuenit *pro nominatos solidos* quidem leontum coniux quidem nominati theodori germano et cognato vestro dimisit *per suum dispositum* in nominato sancto nostro monasterio et nominatos solidos fiunt solidos centum quadraginta duos *bytianteos. posita vero* nominata domum. et iamdictum hortum in vico qui nominatur ficariola: una cum aheribus et *aspectibus arvoribus* fructiferis vel infructiferis simul cum introito suo homnibusque eis *pertinentibus. unde* nihil nobis de homnibus nominatis aliquod remansit aut reservabivimus nec in aliena persona *commisimus* potestate: excepto integrum hortum quod detinet nominatus sanctus noster monasterius quod in nostra *posterisque* nostris reservabivimus potestate: Ita ut ha nunc et deinceps nominata integra portione *de* nominata domu et de iamdicta curte et de nominatum horticellum ubi est cetrarius qui est coniunta *cum* nominata curte quantum et quomodo fuit portio quidem nominati theodori germano et cognato vestro que a vos ipsis tetigit. et in nominato sancto nostro monasterio hobuenit pro nominatos solidos qui quidem nominata leontum coniux nominati theodori germano et cognato vestro dimisit per suum dispositum in nominato *sancto vestro monasterio* et nominatos solidos fiunt solidos centum quadraginta duos bytianteos. posita vero nominata

an. 949.

domum *et iamdictum* hortum in vico qui nominatur ficariola : Una cum aheribus et aspectibus simul cum introito *suo homnibusque* sibi pertinentibus : De qua nihil nobis de omnibus nominatis aliquod remansit set in integro *sicut* superius legitur a nobis vobis sit commutatas et traditas in vestra vestrisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis liverum semper haveatis potestate excepto ut superius diximus nominatus hortus quem detinet nominatus sanctus noster monasterius quod in nostra posterisque nostris *reservabivimus* potestate : et neque a nobis nominato venedicto umilis igumeno neque a posteris *nostris* nec a nominato sancto nostro monasterio nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos nominato leo et maria iugales aut heredes vestris quod absit haveatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestiam a nunc et imperpetuis temporibus : Insuper homni tempore *ego et posteris* meis vel nominatus sanctus noster monasterius exinde ab omni omine omnique persona in omnibus antestare et defensare promittimus absque homni vestra heredumque vestrorum damnietate: pro eo quod in presenti ad vicem in commutatione recompesationisque accepimus a vobis : IDest integra superiora tricliuei vestri una cum sexuncias vestras de porticum subtus se qui est a parte occidentis quomodo badit directum in parte septemtrionis usque ad maceria de hortum iohannis domini sergii prefecti postmodum vero monachi. sed a cantone de parietem nominati triclinei directum in nominata septentrionis parte usque ad nominata maceria de nominatum hortum iamdicti iohannis ambas partes ividem macerie facere deveamus: et si ego aut posteri mei ividem parietem frabritum cum calce .... licentiam et potestatem haveamus ividem frabrire ad omni nostro expendio : Una cum aheribus *et aspectibus* simul cum introito suo homnibusque eis pertinentibus : Coherente sivi nominata superiora triclinei que vos nobis commutastitis de uno latere parte orientis domum nominati iohannis sicuti inter se parietis exfinat. et de alio latere parte occidentis domum vestra que in vestra reservastitis potestatem sicuti inter se parietis exfinat. set una regia qui est in nominatum parietem una cum alia regia qui est subtus se in cellareum vestrum que in vestra reservastitis potestatem qui est et in nominatas sexuncias vestras de nominatum porticum quod vos nobis commutastitis nominate ambe regie nos et posteris nostris frabrire de-

veamus cum petra et calce ad omni nostro expendio. et de uno capite coheret parte septentrionis. et ex alio capite parte *predicti triclinei* vicus publicus: De qua nihil vobis aliquod reservastitis. sicuti et quomodo continet chartula commutationis nostre que vos nobis fecistitis ut inter nobis comvenit: Verumtamen stetit inter nobis ut si quobis tempore nos et posteris nostris sternimentum nominatum triclineum plus descendere voluerimus licentiam et potestatem haveamus: et si tectum eius plu ascendere voluerimus similiter licentiam et potestatem haveamus tantum quantum est nominata domus vestra que in vestra reservastitis potestate. set cantone de parietem nominati triclinei qui est a parte orientis qui est in prenominatum bicum publicum nos et posteris nostris illut conciare deveamus ad omni nostro expendio: et fecistitis vos et heredes vestris nobis posterisque nostris......omne omine homnique persona antestare et defensare sicuti ipsa chartula nostra continet quas nobis fecistis: ut inter nobis comvenit: Si autem aliter fecerimus nos aut posteris nostris vel nominatus sanctus noster monasterius et non adimpleverimus vobis vestrisque heredibus omnibus nominatis ut super legitur tunc componimus vobis auri solidos triginta sex bytianteos et hec chartula commutationis ut super legitur sit firma: scripta per manum sergii scriptoris discipulo domini gregorii curiali et scrinarius per nominata septima indictione †

† BENEΔIKTOTC HΓOTMENOTC † EΓO IΩ ΠPECBTTEP CCOTB †

† Iω πpε ετ μo σoυβ † † εγo γpεγopιoυς δεuoτoυς μo σoυβ †

† Ego theodorus filius domini cesarei rogatus a suprascripto igumeno testi subscripsi et suprascriptam commutationem confiteor percepisse †

† EΓO CTEΦANOTC ΦIΛIOTC ΔN ΓPEΓOPII POΓATOTC A CCTO IΓOTMENO TECTI COTB EΘ CCTA KOMOTTAZIONE KONΦ ΠEPKEΠICCE †

† Ego gregorius filius domini ioannis rogatus a suprascripto igumeno testi subscripsi et suprascripta comutatione confiteor percepisse †

† Ego gregorius Curialis et scriniarius Complevi per nominata septima indictione.

LIV.

an. 949. † In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi imperante domino nostro Constantino magno imperatore anno quadragesimo primo sed et romano magno imperatore eius filio anno quarto die tricesima mensis iunii indictione septima neapoli: Certum est me maria honesta femina filia quidem domini gregorii monachi qui super nomen sillicti. Cum voluntate presenti domini gregorii viri mei: A presenti die promtissima voluntate venundedi et tradidi tibi iohannem isabro filio quidem gregorii: IDest integra portione mea de integra terra que nominatur campu de tevorola posita in loco qui vocatur malitum quantum et quomodo mihi pertinet a quidem nominato genitori meo. et quantum et quomodo tetigit nominato genitori meo a quidem domino madelfreda langubardo exadelfo germano suo thio meo per chartula notitia in tumbo scripta que aput me abeo: Una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introito suo homnibusque sibi pertinentibus: Coherente sivi de uno latere terra heredum domini cesarii. et de alio latere terra heredum nominati quidem madelfreda langubardi thio meo que eum ad vicem tetigit: et de uno capite via publica. et ex aliô capite terra heredum costantini: De qua nihil mihi remansit nec in aliena persona commisi potestate: Ita ut ha nunc et deinceps nominata integra portione mea de nominata integra terra que nominatur campu de tevorola posita in nominato loco malitum quantum et quomodo mihi pertinet a quidem nominato genitori meo et quantum et quomodo tetigit nominato genitori meo a quidem nominato domino madelfreda langubardo exadelfo germano suo thio meo per nominata chartula notitia in tubo scripta que aput me aveo: Una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introito suo homnibusque sivi pertinentibus: De qua nihil mihi remansit set in integro sicut superius legitur et qualiter predictas coherentias circumdant a me tibi sit venundatas et traditas in tua tuisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis liveram in omnibus semper haveatis potestate: et neque a me nominata maria honesta femina cum voluntate presenti nominati domini gregorii viri mei neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis. nullo tempore

numquam tu nominato iohanne isabro aut heredes tui quod absit haveatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestiam ha nunc et imperpetuis temporibus: Insuper homni tempore ego et heredes mei tibi tuisque heredibus exinde ab omni omine homnique persona in omnibus antestare et defensare promittimus absque omni vestra damnietate. pro eo quod in presenti accepi a te oc est auri solidos nobem bytianteos sex in cantum. et tres in fractum. ut inter nobis comvenit: Si autem ego vel heredes mei quobis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus ec omnia nominata ut super legitur per quolivet modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos decem et octo bytianteos et ec chartula venditionis ut super legitur sit firma: scripta per manum sergii scriptoris discipulo domini gregorii curiali et scriniarius per nominata septima indictione †

hoc signum † manus nominate marie honeste femine cum voluntate nominati domini gregorii viri sui quod ego qui nominatos av eis rogatus pro eis subscripsi et nominatos solidos confessus percepisse †

† ΕΓΟ ΑΝΔΡΕΑC ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ ΙΩ ΚΟΜ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCΤΟ ΙΟΤΓΑΛΕC † ΤΕCΤΙ COΤΒ ΕΘ CCΤΟC COΛΙΔΟC ΚΟΝΦ ΠΕΡΚΕΠΙCCΕ †

† Ego iohannes filius domini lupi rogatus a suprascripto iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† Ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

LV.

an. 950. † In nomine domini nonodecimo *anno* principatus domini nostri gisolfi gloriosi principi mense september nona indictione: Ideoque nostefanus filius quondam leoni de loco sassu bona etenim mea boluntatem per hanc cartulam placitum facio tibi leoni presbiteri germano viro meo ut bene lavorare et cultare ipsa arbusta et olibeta tua et salvos nobis faciamus et cum vobes et ad manu lavore diligenter ut ab odierna die eos laboremus et cultemus nam alia terra vacua qualiter .... contigit omnia et in omnibus tam in monte quam et in plano sit mea potestate laborandi et dominandi et nullam terra sativi vobis dandi preter omni tempore censum qui inde exierit totum et integrum nostefanus seu et meos heredes salvare debeamus absque omni tua amaricatione seu et de tuis heredibus et ipsa vindemia et olibeta per equaliter recolligamus et per equaliter divida inter nos absque ipsa casa et orta que sunt erga ipsa casa unum super ipsa casa et alium ortu qui est in longu ipsa casa que pergit at finem de hominibus de fundora de sapunianu et huna peciola arbustatata subto ipsum pratale. et alia pecia arbustata super ipsum cancellu et proprium nominat ad sorbu iste terre que tibi reserbasti potestatem seu et ad tuis heredibus iterum tamen ut si quobis tempore redire volueritis in eodem loco sassu ad abitandum tam tu qui supra leo presbiter quam et tuis heredibus seu et qui de tuis heredibus nascentur totum et integrum redeat in potestate vestra et de vestris heredibus post fructum recollictum absque omni contrarietate mea vel de meis heredibus tamen dum ibidem vos non abitaberitis non abeatis mihi licentiam tollere vel at meis heredibus et alicui dare per nullum modum ubi bene fuerint ipsa arbusta et olibeta bene lavorata et cultata quomodo supra dictum est et si in ipsa arbusta fuerit necesse ut ibidem aliquid pastenare ita eos nos faciamus Et obligo me ego super nominatus stefanus quam et meos heredes tibi supranominati leoni presbiteri etiam.... et at tuis heredibus seu et qui de tuis heredibus nascentur.... et hubi vos in eodem loco ad avitandum redieritis et nos vobis post fructum recollictum contrare aut retornare per qualecumque modum et ipsa res tota et integra aput te non remiserimus quan-

tum mihi at laborandum dedisti tunc spondimus vobis componere viginti solidi vizanteis et hunc scriptum in tale ratione ut super legitur sit firmum et te lupus presbiter et notarius scribere rogabi actu cicianu mense et indictione superscripta

† Ego petrus presbiter

† Ego petrus presbiter

† Ego gregorius

LVI.

an. 951. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quadragesimotertio romano magno imperatore eius filio anno sexto die vicesima secunda mensis aprilis indictione nona neapoli: Certum est me iohannem presbiterum filio quidem iohanni: A presenti die promtissima voluntate: pro domini amore et salbationis anime mee: Offero et trado vobis domino benedicto ummilis igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi. qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori. et sebastiani qui appellatur Casapicta situm in viridiario et per vos et in nominato sancto et venerabili vestro monasterio: IDest omnem meam hereditatem seu substantia de intus et foris undecumque aut quomodocumque mihi pertinet vel pertinentes fueris per quobis modum aut per qualecumque rationem: excepto movilibus meis que in mea reserbavi potestatem: Iterum offero et trado vobis et per vos et in nominato sancto et venerabili vestro monasterio. idest integra portione mea de ecclesia bocabulo sancte iulianes. regionis porta sancti ianuarii: Una cum integra portione mea de domibus et de cellis: et de rebus et possessionibus et substantiis nominate ecclesie pertinentes vel pertinentes fueris per quobis modum: De qua nihil mihi exinde remansit nec in aliena persona Commisi potestatem: Ita ut a nunc et deinceps nominatas omnes meam hereditatem seu substantiam de intus et foris. undecumque aut quomodocumque mihi pertinet vel pertinentes fueris per quobis modum: aut per qualecumque rationem seu et nominata integra portione mea de nominata ecclesia bocabulo sancte iulianes regionis porta sancti ianuarii: Una cum integra portione mea de domibus et de cellis et de rebus et possessionibus et substantiis nominate ecclesie pertinentes vel pertinentes fueris per quobis modum: excepto nominatum movilem meum qui in mea reserbavi potestatem queque facere voluero: De qua nihil mihi exinde remansit set in integro sicut superius legitur a me vobis. et per vos in nominato sancto et venerabili vestro monasterio sit offertum et traditum in vestra posterisque vestris. et in nominato sancto et venerabili vestro monasterio sit potestatem queque exinde facere volueritis: et neque a me nominato iohanne presbi-

tero. neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis. nullo tempore numquam vos nominato domino benedicto ummilis igumeno aut posteris vestris vel nominatus sanctus vester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestiam a nunc et imperpetuis temporibus : Verumtamen stetit inter nobis ut omnibus nominatis que vobis offerui ut super legitur. omnibus diebus vite mee in mea sit potestatem tenendi et dominandi fruendi et commedendi ad vero meum transitum. vel si ad monachatum perrexero in vestra posterisque vestris et in nominato sancto et venerabili vestro monasterio rebertantur potestatem ut super legitur : set non habead licentiam ego de omnibus nominatis alicui vel ubique quabis chartula facere per nullum modum. et si fecero et inventus dederis bacuum manead : solummodo ec chartula qualiter superius legitur firmam permanead imperpetuum : Insuper stetit inter nobis ut si ego me monachum facere voluero : vos et posteris vestris in nominato vestro monasterio recepere deveatis. et me monachum facere deveatis. et me nutrire et bestire seu calciare deveatis sicuti ceteri monachi cenobiati nominati vestri monasterii et numquam presummo ego diebus vite mee de nominato vestro monasterio sine vestram iussionem exinde exire per nullum modum : et si ego de nominato vestro monasterio sine vestra iussione exinde exiero licentiam habeatis vos et posteris vestris misso vestro dirigere et me require et adpreendere et in nominato sancto vestro monasterio me rebocare inter vestra congregatione : et dies meos ibidem finire promitto : et ubi ego in nominato sancto vestro monasterio pro monachatum introiero homnibus nominatis ut super legitur. in vestra posterisque vestris et de nominato sancto vestro monasterio sit potestatem queque exinde faceere volueritis. excepto nominatum mobilem qui in mea reserbavi potestatem ut super legitur : Quia ita mihi vone voluntatis placui : Si autem aliter fecero ego et heredes mei de is omnibus nominatis ut super legitur per quolivet modum aut summissis personis : tunc componimus vobis posterisque vestris et in nominato sancto vestro monasterio auri libras duas bytianteas et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma : scripta per manus sergii curialis per nominata indictione hoc signum † manus nominato iohanne presbitero quod ego qui nominatos ab eo rogatus pro eo subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascripto iohanne presbitero testi subscripsi †

† ego theodorus filius domini aligerni rogatus a suprascripto iohanne presbitero testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini marini rogatus a suprascripto iohanne presbitero testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis Complevi et absolvi die et indictione nominata nona †

LVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quadragesimotertio sed et romano magno imperatore eius filio anno sexto die vicesimasecunda mensis aprilis indictione nona neapoli. Certum est nos iohannes et cesario uterinis germanis filiis quidem domini stephani A presenti die promtissima voluntate: Uenundedimus et tradidimus vobis domino benedicto ummilis igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur Capicta situm in biridiario: IDest integras sex uncias nostras de integra terra que nominatur bibituru posita ad tertium pertinente nobis a quidem nominato genitori nostro set indivisas reiacet cum alias sex uncias heredum quondam domini iohannis thio nostro una cum introito suo homnibusque sivi pertinentibus: Coherente sivi in simul de uno latere parte horientis terra et hortum seu et introitum qui ingredit ad molino nominati sancti vestri monasterii. et de alio latere terra iohannis et stephani uterinis germanis filiis quidem domini marini sicuti inter se terminis exfinat. et de uno capite parte meridiana terra stefani qui super nomen fasano: sicuti inter se terminis exfinat. et ex alio capite est fossatus in quo est cursus aque qui decurrit da nominato molino nominati vestri monasterii: Iterum venundedimus et tradidimus vobis et de padule qui est in capite de nominata terra parte septemtrionis oc est de latitudine quantum nominatas sex uncias de nominata terra est que vobis superius venundedimus. et de longitudine quomodo badit usque ad aqua de flumen. unde alium tantum de nominata padule pertinet ipsi heredes quidem nominati domini iohannis thio nostro set iterum indivisas reiacent: una cum scatorias et introito suo homnibusque sivi pertinentibus: De qua nihil nobis exinde aliquod remansit aut reservabimus set in integro sicut superius legitur a nobis vobis sit venundatum et traditum in vestra posterisque vestris sanctoque vestro monasterio sit potestate queque exinde facere volueritis liverum semper haveatis potestate: et neque a nobis nominato iohanne. et cesario uterinis germanis neque a nostris heredibus nec a nobis

an. 951.

personis summissis. nullo tempore unquam vos nominato domino benedicto umilis igumeno aut posteris vestris vel nominatus sanctus vester monasterius quod absit haveatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia ha nunc et imperpetuis temporibus : Insuper homni tempore nos et heredes nostris vobis posterisque vestris exinde ab omni omine homnique persona in omnibus antestare et defensare promittimus absque homni vestra damnietate : pro eo quod in presenti accepimus a vobis oc est auri tari duodecim: ut inter nobis comvenit : Si autem nos vel heredes nostris quobis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimns et minime adimpleverimus ec omnia nominata ut super legitur tunc componimus vobis posterisque vestris et in nominato vestro monasterio auri solidos duodecim bytianteos : et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma : scripta per manus sergii curialis per nominata nona indictione.

hoc signum † manus nominati iohanni et cesarii uterinis germanis quod ego qui nominatos av eis rogatus pro eis subscripsi et nominati tari traditos bidi †

† Ego gregorius filius domini iohanni rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ΕΓΟ ϹΕΡΓΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΟΑΝΝΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΙ ΓΕΡΜΑΝΙϹ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ ΕΘ ϹϹΤΙ ΤΑΡΙ ΤΡΑΔ ΒΙΔΙ †

† ΕΓΟ ΜΑΡΙΝΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ϹΕΡΓΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΙϹ ΓΕΡΜΑΝΙϹ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ ΕΘ ϹϹΤΙ ΤΑΡΙ ΤΡΑΔ ΒΙΔΙ †

† Ego sergius Curialis Complevi et absolvi die et indictione nominata nona. †

LVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi imperante domino nostro Constantino magno imperatore anno quadragesimo tertio: sed et romano magno imperatore eius filio anno sexto: die vicesima sexta mensis magii indictione nona neapoli: horta est itaque intentio inter me iohannem ummilem archipresbiterum hecclesie sancti andree. et te videlicet pitru honesta femina filia quidem domini campuli cum consensum domini stephani viri tui: de intentione que inter nos abuimus de regula que ego quesi vobis de terre de sanctum petrum at paternum unde dicebat pars mea quia semper dedistitis quecumque nominato genitor tuus nobis nominata regula: et pars autem tua dicebat absit quia non est beritas quia nec ego nec nominatus genitor meus da tempore quando illos venundedimus at illum bulcanum vobis non dedimus nominata regula: unde multam altercationem exinde abuimus iudicatum est exinde inter nobis ut iurare pars tua nominate pitrum mihi et dicere quia da tempore quando illam venundedistitis at illum bulcanum nec tu nec nominatus genitor tuus non dedistitis nobis nominata regula. nihisi unum annum per fortiam: et ego ponere tibi exinde securitate: quod et factum est et hecce in presenti recepi a parte tua nominate pitrum nominatum sagramentum dicente mihi ut superius atseruistis et definivi exinde tecum et cum heredes tuos in omnibus: et amodo et semper numqua presummo ego aut posteris meis nec nominata hecclesia nostra sancti andree nec abeamus licentiam te aut heredibus tuis de nominatas regulas exinde nec de nominatas terras querere per nullum modum nec per nullum umanum arbitrium nec per summissis personis in perpetuis temporibus: quia sic inter nobis stetit: si autem nos aut posteris nostris contra ac chartula securitatis ut super legitur venire presumpserimus per quodvis modum aut summissis personis tunc compono ego et posteris meis tibi tuisque heredibus auri solidos quadraginta bytianteos et hec chartula securitatis ut super legitur sit firmam: scripta per manum iohannis scriptoris discipulo domini gregorii curiali et scriniarii per nominata nona indictione † an. 951.

† ΕΓΟ ΙΩ ΑΡΧΙΠΡ ΣΟΤΣΚΡΙΨΗ †

† ego iohannes filius domini petri rogatus a suprascripto iohanne archipresbitero testi subscripsi †

† ego bitalianus filius domini mastali rogatus a suprascripto iohanne archipresbitero testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini sergii rogatus a suprascripto iohanne archipresbitero testi subscripsi †

† ego gregorius Curialis et scriniarius post subscriptionem testium complevi per nominata nona indictione †

LIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino porfirogenito magno Imperatore anno quadrigesimo tertio. sed et romano magno Imperatore eius filio anno sexto. Die undecima mensis iunii indictione nona neapoli: Certum est me gregorium filium quidem domini sergii greci et quidem fengitu honeste femine iugalium personarum. A presenti die promtissima voluntate promitto vobis leoni filio quidem boni et eupraxia hoc est iugales propter integras quatuor petias de terras vestras constitutas ad castaniola simul et ad auderanum quod est super sanctum cyprianum ad tertium utrasque una cum arvoribus et cum puteum aque vibe qui in una ex ea esse videtur simul cum introitas earum omnibusque eis generaliter et in integro pertinentibus sicuti et quomodo vobis obvenit a quidem domino iohanne subdiacono germano meo per firmissima chartula comparationis vestre ut continet. quia numquam presummo ego aut heredes meis nec habeamus licentiam vos aut heredes vestris aliquando tempore exinde querere per nullum modum nec per summissis personis imperpetuis temporibus. propterea neque a me nominato gregorio neque a meis heredibus nullo tempore pro nominatas integras quatuor petias de terras vestras constitutas ut diximus ad castaniola et at auderanum quod est super sanctum cyprianum ad tertium utriusque. cum arvoribus et cum nominatum puteum aque vibe qui in una ex ea esse videtur simul cum introitas earum omnibusque eis pertinentibus sicuti et quomodo vobis obvenit a nominato iohanne subdiacono germano meo per nominata firmissima chartula comparationis vestre sicuti ipsa continet quod absit habeatis aliquando quacumque requesitionem aut molestia tam vos qui supra leo et eupraxia iugales quamque vestris heredibus per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Quia ita mihi vone voluntatis complacui : Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam promissionis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offenderimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri libra una bytiantea. et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum. scripta per manus iohannis curialis per indictione nominata nona †

an. 951.

hoc signum † manus nominati gregorii quod ego qui nominatos ab eo rogitus pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius domini leoni rogatus a suprascripto gregorio testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini leoni rogatus a suprascripto gregorio testi subscripsi †

† ego marinus filius domini leoni primarii rogatus a suprascripto gregorio testi subscripsi †

† ego iohannes Curialis qui nominatos post subscriptionem testium Complevi et absolvi die et indictione nominata nona †

LX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno imperatore anno quadragesimo quarto : sed et romano magno Imperatore eius filio anno septimo die tertia mensis nobembrii indictione decima neapoli Certum est nos iohannes domini gratia consul et dux filio quidem venerabilis domini marini duci una cum consensu et voluntate presentem theodore gloriose ducisse coniugi meae : a presenti die promptissima voluntate commutavi et tradidi vobis cesario ferrario filio iohannis dudum ferrarii et maiorarii postmodum vero monachi : Idest integrum unum modium meum de terra que nominantur at mulianum pictulum situm in calbetitianum una cum arboribus et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus et sunt filas duas de arbores. et coheret sivi ab uno latere terra leoni demaria de nominato loco calbetitianum : et ab alio latere et de uno capite est terra nostra que in nostra reservavimus potestate qui pertinet nobis pro exfundatum de fundum nostrum qui nominatur de fracta sita de ipso loco. et ab alio capite est similiter terra nostra que in nostra reservavimus potestate qui pertinet nobis de alium fundum nostrum exfundatum qui fuit de romanum de nominato loco : unde nihil nobis exinde aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personam commisimus aut iam committimus potestate : et a presenti die et deinceps prenominatum nominatum unum modium nostrum de nominata terra que nominatur at mulianu pictulum situm in nominato loco qui nominatur calbetitianum et sunt fila dua de arbores una cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus quatenus per nominatas coherentias vobis eum insinuavi ut super legitur a nobis tivi sit commutatum et traditum in tua nominati cesarii ferrarii et de tuis heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis : et neque a nobis nominato iohanne domini gratia Consul et dux una cum consensu et voluntate nominate theodore gloriose ducisse coniugi meae neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu nominato cesario ferrario aut tuis heredibus quod absit abeatis exinde aliquando qualibet requesitionem aut molestiam a nunc et in perpetuis temporibus Insuper et ab omni omine omnique persona omni tempore nos et

an. 951.

heredibus nostris tivi tuisque heredibus nominata dua fila nostra de nominata terra que tivi dedimus que nominatur mulianum pictulum in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod at vicem commutationis recompensationisque accepimus a vobis idest integra una terra tua campese que nominatur ad arbustum in campum ante sanctum iacobum una cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus et sunt tertiaria dua et abet finis ab uno latere terra monasterii sancti gregorii: et ab alio latere est terra heredum stephani maiorarii thii tui. et de uno capite est terra landemari langubardi. et ab alio capite est terra heredum marini tata vel aliqui at fine sunt: unde nihil tivi exinde aliquod remansit aut reservastis: insuper omni tempore tu et heredibus tuis illos ab omni homine omnique persona a partibus langubardorum et a partibus neapolitanorum in omnibus antestare et defensare debeatis quia ita nobis stetit Si autem nos vel heredibus nostris contra anc chartulam commutationis ut super legitur venire presumpserimus per quobis modum aut summissis personis tunc Componimus nos et heredibus nostris vobis et at vestris heredibus auri solidos decem bytianteos et hec chartula commutationis ut super legitur sit firma scripta per manum gregorii curialis et scriniarii scribere rogatus et teste subscripsi per nominata decima indictione †

hoc signum † manus nominate theodore gloriose ducisse ego qui nominatos pro eas subscripsi †

† ΙΟΑΝΝΕC ΚΟΝCΟΤΛ ΕΘ ΔΟΤΞ ΣΟΤΒ †

† ΕΓΟ ΙΟΑΝΝΕC ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ ΕΤCΤΡΑΤΙΙ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCΤΟC ΙΟΤΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΤΒ †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΤC ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ ΚΕCΑΡΙΙ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCΤΟC ΙΟΤΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΤΒ †

† ego gregorius filius domini sergii rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis et scriniarius post subscriptionem testium complevi et absolvi per nominata decima indictione. †

LXI.

† In nomine domini nonodecimo anno principatus *domini nostri Gisolfi gloriosi principis mense* december decima indictione Ideoque me ianipor-tus.... rano. dum balida infirmitas me....... ..seculum vitam transire. Et timendo iudicia dei volens *animam meam* de inferno liberare. Manifestum facio meipsum *in presentia* de ipso clero sancti petri qui fundatus esse videtur in loco cicianu quam et ante aliis vonis hominibus. Abere una terra erga materno. et proprium nominat ad tabula. que fuit ante os anos de monasterio sancti sebastiani qui fundata esse videtur intus cibitate neapoli. Hunde iam de predicta terra causationes inter nos et pars eorum abuimus. et exinde debuimus pars mea ianiperto notario eorum iurare at dei evangelia secundum legem quomodo inter nobis iudicatum. Ipsa iam predicta terra coheret finis ab uno latere et de uno capite fine ribo. de alio latere fine de materno. et de alio capite fine de hominibus de cascianu hec nominata superscripta terra quomodo per finis predicte sunt. Manifestum me facio quia non receperunt a me ipsa sacramenta. Et posuerunt exinde mihi chartulam securitatis huna cum alie terris nostre que hec nomina non sunt. Modo vero a die presentis retdidimus ipsa iam predicta terra in ipsa prephata dei ecclesia sancti sebastiani. quomodo per finis supra indicatum est. Una cum madelfrit nepoti meo consentientes mihi. et ibique ante superscripto clero qui subter scripti sunt quam et ante aliis vonis hominibus uniter adque communiter rogabimus lupo presbitero et notario ista nostra cartula retditionis perscribendum. In eo namque tinore ut ipsa iam supradicta terra quomo per finis supradicte sunt quantum portio nostra fuerit ut ab odiernum die cum imferius et superius et cum omnibus eius pertinentibus in prephato dei monasterio sancti sebastiani sit potestatem omnia faciendum quodcumque volueris sine contrarietate nostra vel de nostris heredibus. Hunde obligamus nos qui supra nominati idest ianipertus notarius et madelfrit filiis ianemari quam et nostris heredibus ut si quacumque tempore retornare vel remobere quesierimus sibe per superscripta cartula securitatis sibe per qualecumque adinbenta ratione primis omnium questio et causatio nostra sit inanis et vacua insuper spon-

an. 951.

dimus componere viginti solidos vizzanteos et huc scriptnm in eo ordine sit firme et stabilis et te superscripto lupo presbiter et notarius qui hanc chartulam percomplevi ita nobi et interfui actu cicianu mense et indictione suprascripta.

† Ego qui supra madelfrit

† Ego alipertus presbiter

† Ego petrus presbiter

† Ego sparanus presbiter

† Ego iohannes presbiter

LXII.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quadragesimo quarto: sed et romano magno imperatore eius filio anno septimo die vicesima quinta mensis februarii indictione decima neapoli: Horta est itaque intentio inter me theoctisti honesta femina filia quidem domini petri qui super nomen pictuli relicta autem quidem domini marini: et te videlicet domino iohanne filio quidem domini theofilacti: de intentionem quam inter nos abuimus de integrum fundum positum in marilianum una cum tres terras de memorato loco ex ipsum fundum pertinentes quas quidem domina anna socera mea dedi per chartula membrana scribta a iohanne presbitero filio gregorii et memoratos iohannem presbiterum qui illos donavi per alia chartula quam tu abes: unde te quesivi dicendo pars mea quia dam mihi exinde integra quarta mea qui mihi pertinuit da memorato quidem domino marino viro meo secundum legem eo quod iohannes quidem germano suo disposuit per gestam ut tantum memorata socera mea domna et domina vite sue esset et post eius transitum rediret a memorato quidem domino marino viro meo: pars autem tua memorati iohannis dicens quia ante a memorata domina anna socera tua illos dedi a memoratum iohannem presbiterum quam.... te iohannes illos disponere: unde multa altercationem exinde inter nos abuimus nunc autem tu memorato iohanne ostensistis mihi ipsa chartula per memorata socera mea fecit a memoratum iohanne presbitero et iudicatum est inter nos ut iurare persona tua memorati iohannis mihi et dicere quia memorata chartula quam fecit memorata domina anna a memorato iohanne presbitero antea est facta quam memorato iohanne illos disponere ego poneret tivi exinde........ autem........ deremus illos in oc ordinem medietate ipsius quidem iohannis exinde tollere tu memorato iohanne super sorte et de alia medietatem exinde levare ipsa quarta mea quam mihi a memorato viro meo pertinuit secundum legem et tres partes in tua esset potestate quod et factum est et ecce in presentis recepi a persona tua memoratum sacramentum dicente mihi ut superius asseruistis et definivi exinde tecum et cum heredes tuos in omnibus: et a modo

an. 952.

et semper numquam presummo ego nec heredes meis nec abeamus licentiam aliquando tempore te aut heredes tuos querere de ipsa medietatem ipsius quidem iohannis quam super sorte exinde tu memorato iohanne tollere diximus nec de ipse tres sortes qui te de ipsa medietate memorati quidem viri mei tetigerit per nullum modum nec per summissam persona in perpetuum et nec tu nec heredes tuos me meosque heredes querere de ipsa quarta mea per nullum modum quia ita nobis iudicatum est: si autem ego aut heredes meis quobis tempore contra anc chartula securitatis ut super legitur venire presumserimus et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissa persona: tunc componimus nos et heredes nostri tivi tuisque heredibus auri libra una bytiantea et ec chartula ut super legitur sit firma: scripta per manus iohannis curialis scribendam rogavi per memorata decima indictione †

hoc signum † manus memorate theoctisti honeste femine quod ego qui memoratos ab eam rogatus pro ea subscripsi †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC Α CCΤΟ ΤΕΟΚΤΙCΤΙ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΛΙΓΕΡΝΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΑ ΤΕΟΚΤΙCΤΙ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΑ ΤΕΟΚΤΙCΤΙ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† Ego Iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi die et indictione memorata decima †

LXIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino porfirogenito magno imperatore anno quadrigesimo quarto. sed et romano magno imperatore eius filio anno septimo. Die sextadecima mensi iulii indictione decima neapoli: Combenit itaque cum domini auxilio inter nos sergium filium quondam venerabilis domini leoni presbiteri et quedam domine rodelgrime iugalium personarum. una cum voluntate memorate genitrici mee pro vice et portione mea tam pro vice et portione ugualferii nepoti mei. quamque gregorium filium quondam venerabilis domini sergii monachi provice de filias meas quas habeo de quondam senda coniugi mee: nec non radimperga que super nomen disela filia quidam domini petri langubardi. cum voluntate presenti domini gregorii viri mei. seu drosu et eupraxia que super nomen gemma honestas feminas germanas filias quondam domini gregorii prefecti ego bero memorata eupraxia relicta autem quondam domini sergii. adque sergium filium quidem domini iohannis prefecti pro vice drosu parbula filia mea quam habeo de quondam marie coniugi mee: seu anna et theodonanda honestas feminas germanas filias quidam domini iohannis ego bero memorata anna relicta autem quondam domini leoni. et ego memorata theodonanda relicta quondam domini aligerni: et drosu honesta femina filia quidem domini Gregorii monachi cum voluntate presenti domini gregorii viri mei. hoc est parentes et consortes. et te videlicet domino sergio religioso igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum teodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario. et in presenti divisimus inter nobis serbis et ancillis communalis nostris et vestris de loco qui vocatur casa aurea raviosa qui fuerunt portionis quondam domine iohaquinthe monastriae thie et prothie nostre unde vobis memoratoque sancto vestro monasterio pertinet partes quatuor pro offertione quem a memorata thia et prothia nostra habetis. et nobis ex eis pertinet quintam partem pro legatione testamenti domini iohanni dudum loci servatori postmodum vero monachi havii et prohavii nostri. De qua tetigerunt te memorato domino sergio religioso igumeno pro memoratas quatuor partes vestras. IDest trasari filio

an. 952.

boniti et bonelgisa iugales cum petrum et ursum seu maria et iohannis filiis et filia eorum. et bona filia ursiniani cum maria filia sua. hec autem memoratarum nominatibe octo personas qui tetigerunt av odierna die in tua posterisque tuis memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio sint potestate quidquid ex eis facere volueritis. a nobis autem nec a nostris heredibus nullo tempore nunquam tu aut posteris tuis nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis ex eos quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego memoratus sergius et heredes meis memoratum ugualferium nepotem meum et heredes eius tibi posterisque tuis memoratoque sancto vestro monasterio exinde desuper tollere promittimus absque omni vestra damnietate nulla vobis mittente hoccansionem: et ad vicem tetigerunt nos totis pro memoratam quintam partem nostra idest sillitta et maria seu leonem germanis filias et filio memorate bone qui te superius tetigit: ut ha nunc deinceps memorata sillitta et maria seu leone germanis in nostra nostrisque heredibus sint potestate quidquid ex eis facere voluerimus. a vos autem nec a posteris vestris nec a memorato sancto et venerabili vestro monasterio non habeamus ex eis nos aut heredes nostris quacumque requisitione per nullum modum nec per summissis personis imperpetuis temporibus. Quia ita nobis complacui: Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam combenientie divisionis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offenderimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus tibi posterisque tuis memoratoque sancto vestro monasterio libras auri tres bytianteas. et hec chartula qualiter continet sit firma in perpetuum: scripta per manus iohanni curialis pro indictione memorata decima †

† Hoc signum † manus memorati sergii cum voluntate memorate domine rodelgrime genitrici sue: signum † manus memorate radimperge que super nomen desige: signum † manus memorate drosu et eupraxiae que super nomen gemma germanas. signum † manus memorate anne theodonande germanas. Signum † manus memorate drosu hoc est parentes et consortes quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΣΟΥΒ †

† Ego Gregorius subscripsi †

† Ego Sergius subscripsi †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC COYB †

† Ego Aligernus filius domini leoni monachi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego Leo filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego Gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego Iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi die et indictione memorata decima †

LXIV.

an. 952. † In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno imperatore anno quadragesimo quarto sed et romano magno imperatore eius filio anno septimo die vicesima mensis augusti indictione decima neapoli. Certum est nos iohannem filium quondam domini tauri et maru iugales. A presenti die promittimus vobis petro calciolario et maria iugales consocruniis nostris propter quod cum domini auxilio et ordine ambarum partium placuit voluntate et in presenti..... sociavimus quidem anna filia nostra ad iohannem filium bestrum deo volente sponsum eius. et numquam nos quod absit de oc statuto placito restornare presummimus: interea primum quidem omnium damus et donamus ad memorata filia nostra integra petia de terra que vocatur ad pratum positum in piscinule abente finis ab uno latere et de uno capite terram iohannis filii vestri generi nostri et de alio latere est terra domini sergii millusi et terra memorati iohannis qui emptam abes a iohanne Ϭobfasimu et terra iohannis domini marcu iterum et terra memorati iohannis generi nostri: et ab alio capite est alia terra nostra que in nostra reserbavimus potestate quomodo vadit de rectum per capite de ipsa terra memorati iohannis usque at memorata terra domini sergii millusu: ut in sua memorate anne filie nostre eiusque heredibus sint potestate abendi tenendi cedendi donandi comutandi vel quidquid exinde facere volueritis liberam habeatis potestate: Insuper promittimus vobis et per vos ad memorata filia nostra propter reliquas omnis nostra ambarum hereditate seu substantia intus et foris domos et casalibus seu terris sationalibus quamque hortuas vel movilibus rebus movile vel inmovile seseque mobentibus omnibusque nobis pertinentibus simulque et in omne nostrum paratum et conquesitum sive quod nunc abemus vel abituri fuerimus per quobis modum quia numquam presummimus nec abeamus licentiam memorata filia nostra et heredes eius in sua vicem minorem heredes facere aut constituere de ceteris aliis filiis et filias nostras germanis suis et heredes illorum neque in vita nostra neque at nostrum transitum neque in receptis aut asque receptis nec per nullam aliam articulam ad eas transferendam personis per nullum modum in perpetuum:

set ut superius diximus ut talem portionem tollere et percipere debeas quale tuleris pro unoquoque de filiis nostris germanis suis et heredes illorum in eorum vicibus ut nemo de te ebeniat fortiores per nullum modum quia ita nobis placuit: si autem nos memoratis iugales aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredes nostris vobis et ipsius filie mee eiusque heredibus auri libra una bytiantea et ec chartula donationis exfalia ydiosceri ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis pro memorata indictione decima †

† Hoc signum † manus memorato iohanne et maru honesta femine iugales quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† Ego iohannes filius domini leoni rogatus a suprascripto iugales testi subscripsi †

† Ego gregorius curialis rogatus a suprascripto iugales testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΙΟ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟ ΙΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi pro memorata indictione decima †

LXVI.

an. 952. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino porfirogenito magno imperatore anno quadrigesimo quinto. sed et romano magno Imperatore eius filio anno octabo. Die nona mensis decembris indictione undecima neapoli. Horta est itaque intentio inter me sergium curialem una cum voluntate presenti marie honeste femine coniugi meae et te videlicet domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani que appellatur casapicta situm in viridiario. De intentione quem inter nobis habuimus propter fundum et omnes terras cultas vel incultas............. fuit quondam dominus benedictus.... ....antecessor tuus per chartulam cessionis meae: De qua me quesistis et multa altercationem exinde inter nobis habuimus. De qua domino deo auxiliante per loquentia bonorum hominibus combenit inter nobis ammica pactione voneque voluntatis. et impresenti promtissima voluntate una cum voluntate memorate coniugi mee redidi et tradidi tibi memorato domino sergio venerabili igumeno hoc est memoratum integrum fundum et memoratas integras omnes terras cultas vel incultas insimul positas in augustaliolum quantum et quomodo memoratus antecessor tuus mihi dedit per memoratam chartulam cessionis mee utrasque. una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas earum omnibusque eis generaliter pertinentibus: quia et ipsa chartula cessionis mee apud te in presenti caubrata remisi. De qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in alienam persona commisi potestate. et ha nunc et deinceps in tua posterisque tuis memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio sint potestate quidquid exinde facere volueritis. et neque a me memorato sergio curiali cum voluntate memorate mariae honeste femine coniugi meae neque a meis heredibus nullo tempore pro omnia et ex omnibus memoratis omnibusque eis pertinentibus quas in bona combenientia tibi nunc redidi ut super legitur quod absit habeatis aliquando quacumque requisitione aut molestia tam tu qui supra dominus sergio venerabilis igumeno quam posteris tuis nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius per nullum modum nec

per summissis personis ha nunc et in perpetuis temporibus. pro eo quod in pagatione accepi a te exinde in presenti idest auri solidos decem bytianteos in cantum in omnem decisione seu deliberationem. Insuper promitto tibi ut si quovis tempore quavis alia chartula exinde inbenta dederit quas ego alicui vel ubique exinde fecisse vel si ex ipsa chartula que superius caubratam redidi exemplaria inbenta dederit tunc modis omnibus bacuas maneat insuper ego et heredes meis tibi posterisque tuis nominatoque sancto vestro monasterio illas ebacuare et tacita facere debeamus absque omni vestra damnietate nulla vobis mittentes hoccansionem. solummodo hec cartula combenientie in omnibus qualiter continet firma et roborata perenniter maneat ubique inventa aut relecta fueris apud omnibus iudicibus seu potestatibus. Quia ita nobis voae voluntatis complacui: si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam combenientie ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia nominata et in aliquid offenderimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus tibi posterisque tuis nominatoque sancto vestro monasterio auri libra una bytiantea et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis scribere rogatus per indictione nominata undecima. †

hoc signum † manus nominate marie honeste femine quod ego qui nominatos pro ea subscripsi et nominatos solidos traditos vidi †

† Ego sergius curialis subscripsi et memoratos solidos accepi †

† ego anastasius filius domini iohannis rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† ego stefanus filius domini iohannis rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† ego aligernus filius domini leoni monachi rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego iohannes Curialis qui nominatos post subscriptionem testium complevi et absolvi per indictione nominata undecima †

LXVII.

an. 953. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi imperante domino nostro Constantino porfirogenito magno Imperatore anno quadrigesimo sexto. sed et romano magno imperatore eius filio anno nono die sexta mensi nobembrii indictione duodecima neapoli: Certum est nos iohannem a deo debotum monachum filium quidem petri monachi. quamque idem petrum et cesarium hoc est genitor et filiis. A presenti die promtissima voluntate promittimus tibi domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui vocatur casapicta situm in viridario ut ha nunc et omnibus diebus vite mee nominati iohanni deboto monacho ego nominatus iohannes deboto monacho tibi posterisque tuis in obedientia et in serbitio esse promitto ut sancta regula beati basilii docet et nos nominatis germanis ha nunc et omnibus vite tue in casalem ipsius sancti vestri super residere et havitare promittimus et vobes tuos tenere et studire et cum eos diligenter tibi lavorare ut bonis bofulcis. Insuper a die presenti damus et tradidimus tibi nos nominato genitore et filiis omnes vobes nostros masculis et feminis maioris minoris. ut ipsis et fetora fetibusque eorum in tua posterisque tuis sint potestate queque ex eos facere volueritis a nobis autem nec a nostris heredibus nunquam tu aut posteris tuis habeatis ex eis quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. excepto una bacca holibastra cum una genca rubea filia sua quam in nostra nominatis germanis reserbavimus potestate cum quantas fetoras fecerint: et numquam presummimus nec habeamus licentiam omnibus vite tue te dimittere vel a tuo serbitio recedere per nullum modum et si te dimittere presumserimus vel si in quovis loco tibi fugam commiserimus tunc liceas te permisso tuo nos sequere et appreendere et in tuo servitio et obedientia nos reducere in nominato hordine ut superius legitur: Ita et tu debeas me nominato iohannes deboto monaco et nutrire et bestire et calciare sicuti pro unoquoque de ceteris monachis vestris cenoviati et nos nominatis germanis debeas tu vite tue nos enutrire et bestire seu calciare sicuti ceteris vo-

fulcis vestris et ut iustum fuerit: Insuper liceas nos nominatis germanis omni anno seminare in ipsum casalem vestrum de nostra sementes inter nos ambi triticum modium unum et fabas modium unum. et linum semente modium unum et super nos illud recolligere et habere: et nullatenus presummes tu aut posteris tuis nominata bacca cum nominata genca quem superius nobis reservavimus cum fetoras eorum et quantum nobis deus dederit de ipsum quod superius nobis seminare statuisti aliquando nos nominatis germanis aut cui illud dederimus exinde querere per nullum modum. et ego nominatus iohannes deboto monacho nullo modo presummo te aut posteris tui nominatoque sancto et venerabili vestro monasterio aliquando querere pro auri solidos quatuor bytianteos que mihi dare spopondit dominus benedictus ygumenus antecessor tuus per chartulam pro ipsa bacca per nullum modum nec per summissis personis. Quia ita nobis complacui: Si autem nos aut heredes nostris ex his omnibus nominatis ut super legitur aliter agere presumpserimus et minime adimpleverimus hec omnia nominata et in aliquid offenderimus per quovis modum aut summissis personis tunc componimus tibi posterisque tui nominatoque sancto vestro monasterio auri solidos triginta sex bytianteos et hec chartula qualiter continet sit firma: scripta per manus iohanni Curialis per indictione nominata duodecima †

hoc signum manus nominati iohannis deboto monacho et petro seu cesario genitorem et filiis quod ego qui nominatos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† Ego stefanus filius domini iohannis rogatus a suprascripto ienitores et filiis testi subscripsi †

† Ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascripto ienitore et filiis testi subscripsi †

† Ego anastasius filius domini iohannis rogatus a suprascripto genitore et filiis testi subscripsi †

† Ego Iohannes Curialis Complevi et absolvi die et indictione nominata duodecima †

LXVIII.

an. 955. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi imperante domino nostro Constantino porfirogenito magno Imperatore anno quadrigesimo septimo. sed et romano magno imperatore eius filio anno decimo. die vicesima prima mensis februarii indictione tertiadecima neapoli; Combenit itaque cum domini auxiliis et bonorum hominibus hordine inter me leonem herarium filium quidem stephani herarii et quidem anne honeste femine iugalium personarum. et te videlicet petro herario et maiorario uterino germano meo. et impresenti divisimus inter nobis in duas partes domum portionis nostre qui nos tetigit per chartulam combenientie divisionis a germanas et germano nostris positam vero intus cesareum regionis thermense: De qua tetigit de nominato petro herario et maiorario germano meo. IDest sexuncias de inferiora et de superiora super se et de statione et de superiora super ipsa statione hoc est insimul a parte occidentis. De qua reliquas sexuncias ex eas a parte horientis iuxta domum et statione portionis quidem mariae et aligerni herario germanis nostris tetigerunt me nominato leoni herario. omni tempore inferius et superius ambe portionis ad equale mensura. preter in nominata inferiora et in nominate duabus superiore habeat omni tempore nominata portio mea plus de nominata portione tua pedes duos ad manum virile et ubi iam de mensura benerit ut diximus in predicta inferiora et in memorate duabus superiore ambes partes inter nobis ibidem claudere debeamus cumque nobis combenerit a terra usque sub sternimentum et a sternimenta usque ad tectum ad omni communem expendium. quamque tetigerunt te et integra una superiora cum alia integra superiora hortei super se et cum solareum ostracatum ante se parte septentrionis qualiter inter nominatum solareum qui te tetigit inter solareum qui me tetigit qui ibi est a parte hoccidentis exfinat directum in parte septentrionis parietem qui ab intus ibi esset inquoatum et sic ambas partes inter nobis ibidem ipsum parietem fabrire debeamus in altum usque at tectum ex ipsa superiora hortei portioni tue ad omni communem expendium et tu et heredes tui in eum ponere debeatis a parte vestra quantum vobis necessum fuerit set aquas de edificium qui ibi feceritis eum recipere

et bersare debeatis in vestrum. et ego et heredes mei similiter in eum ponere debeamus a parte nostra quantum nobis necessum fuerit set aquas de edificium qui in eodem meum solareum fecerimus eum recipere et bersare debeamus in nostrum. regia vero qui est inter nominata superiora qui te tetigit et inter superiora cubuculi qui me tetigit ambas partes ea fabrire debeamus cum pretas et calce seu putheolanum ad omni communem expendium. nec non tetigit te et sexuncias de inferiora qui est subtus nominata superiora et predictum solareum hostracatum portioni tue hoc est a parte septentrionis. unde alias sexuncias parte meridiana tetigerunt me intrabersum divisa omni tempore de longitudine intus ipse cluse ambe portionis ad equale mensura et ubi iam de mensura benerit ambas partes inter nobis ibidem claudere debeamus a terra usque at sternimentum. Cumque nobis combenerit ad omni commune expendium. aperturia vero de parietem ex ipsas sexuncias tuas ex ipsa inferiora qui est secus transendam pubblici quod est ipsa aperturiam at columna marmorea parte septentrionis ambas partes illud fabrire debeamus ad omni communem expendium et nominata columna exinde tollamus et ponamus illa ubi inferius dixerimus set tu et heredes tuis vobis ibidem dimittere et habere debeatis una regia iusta et ego et heredes mei ante eadem regia nullam spurcitiam non faciamus per nullum modum. In nominata vero superiora portioni tue quantum super iamdictas sexuncias meas ex ipsa inferiora ambas partes semel hostracumdare debeamus de calce et arena ad omni communem expendium et tu et heredes tuis nullam spurcitiam exinde non faciatis in memoratas sexuncias meas ex ipsa inferiora per nullum modum. atamen tu fabrire debeas de duas aperturias qui sunt in ipsa tua portione super tectum ipsius cubuculi mei tantum autem ut pro unaquaque aperturia dimittatis et habeatis tu et heredes tui fenestra una et in eas et in alie duabus fenestre tue qui ibi ipsum esse videtur tu et heredes tui ponere et habere debeatis cancella strullata aperiente ipsa cancella pro unoquoque foramines palmum unum. seu tetigit te et modica terrula qui est in capite de nominatas sexuncias tuas ex ipsa inferiora parte septentrionis usque at anditum communalem. nominata vero columna marmorea ponere debeamus iuxta cantonis de parietem qui est subtus inter nominata duabus solarea unum meum et unum tuum directum cum cantone de regia communalem nostra et de aliis hominibus ipsum

denique cantone qui est a parte meridiei et directum cantone de parietem domui portionis nominata marie et aligerni germanis nostris et super eadem columna marmorea ponamus capite de duos burdones ego autem et heredes mei unum burdonem et tu et heredes tuis alium burdonem et iungamus ibi illud pro una quoque nos autem in ipsum solareum portionis mee et tu et heredes tui in ipsum solareum portionis tue: Hec vero portio tua qualiter superius legitur una cum aheribus et aspectibus simul cum introitas suas omnibusque eis pertinentibus excepto quantum superius statuimus exinde fabrire quod fiat ut superius legitur. Dispositum vero nominati stephani herarii genitori nostri ut continet sit firmum: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam combenientie divisionis ut superius legitur venire presumserimus et aliquid offenderimus per quovis modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos trigintasex bitianteos: et hec charta qualiter continet firma permaneat imperpetuum scripta per manus iohanni Curialis per indictione nominata tertiadecima.

Hoc signum † manus nominati leoni herarii quod ego qui nominatos ab eo rogitus pro eum subscripsi †

† ego petrus, filius domini sergii rogatus a suprascripto leone testi subscripsi †

† ego theodorus filius domini iohannis rogatus a suprascripto leone testi subscripsi †

† Ego petrus filius domini mastali rogatus a suprascripto leone testi subscripsi †

† Ego iohannes curialis qui nominatos post subscriptionem testium Complevi, et absolvi per indictione nominata tertiadecima †

LXIX.

† In nomine domini dei Salvatoris nostri ihesu christi imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quadragesimo septimo sed et romano magno imperatore eius filio anno decimo die tertiadecima mensis aprilis indictione tertiadecima neapoli. Certum est me aligernum kaietanum filium quondam domini leoni prefecti a presenti die dedi et tradidi tivi angelo filio quondam boni pro vice tua simul et pro vice leoni seu boni germanis tuis hoc est hospitibus meis: de vico qui nominatur garelianum: hoc est nepotibus angeli hospeti mei: Idest fundum meum positum in nominato loco garilianum una cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus coherente sivi ab uno latere fundum hominibus domini lunissi cognati mei: et de alio latere coheret fundum domini sergii: et de uno capite coheret fundum hominibus ex ipso loco: et ab alio capite coheret via pubblica: et habet per mensuram de longitudine passi viginti intus fossatum et de latitudine habet passi decem at passum iuxtum mensuratum sancte neapolitane ecclesie quas vero memoratum fundum meum cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus vobis vestrisque heredibus dedi at responsaticum amodo et usque in decem annos expletos in eo enim tenore ud in vestra vestrisque heredibus sint potestatem tenendi et dominandi seu frugiandi subtus et super et de ipsa refugia faciatis omnia que volueritis: tantummodo vos et heredibus vestris mihi meisque heredibus exinde omni annuo responsaticum dare debeatis triticum modia trea pro augusto mensis mensurata at modium iuxtum manducaturum tractum paratumque usque ante regie domui mee sine omni amaricatione usque in ipsos expletos decem annos expletos: et minime presummo ego aut heredibus meis nec abeamus licentiam memoratum fundum meum cum omnibus sivi pertinentibus vobis vestrisque heredibus eum tollere et at quambis personam iterum eum dare aut in nostram proprietatem eum recolligere per nullum modum a nunc et usque in ipsos decem anni expleti et ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus illum defendere promittimus usque in nominato decem anni expleti et vos nobis dare debeatis memoratum responsaticum pro omni annuo et in isto stibo nobis dare debeatis ipsum triticum: et quando ipso anno compleberi-

an. 955.

mus memoratum constitutum nobis ipsum responsaticum non dedis : sed atsignetis nobis ipsum fundum inisto tempore: et quantum compleberimus memorati decem anni expleti vos et heredibus vestris exinde excotatis causa vestra et si casa ibi feceritis : et quantum compleverimus memorati decem anni expleti ista chartula siat bacua : et ipse fundo nostro rebertas in mea proprietate et de meis heredibus cuius iure esse videtur : tandummodo si conbenerit nobis et vobis teneatis illas in antea in...... placito mihi et at meis heredibus : et vobis ....nerit et si nobis non placuerit da ipsi decem anni in supra cui ipsum fundum dare volueritis licentiam abeamus : quia ita nobis stetit si autem aliter fecero de his omnibus memoratis tunc compono ego , et heredibus meis vobis vestrisque heredibus auri solidos decem bytianteos et hec chartula sit firma scripta per manus gregorii curialis et scriniarii pro memorata tertiadecima indictione †

hoc memoratus sum ut quantas terras ex ipso fundo pertinet in mea illas reserbavi potestate †

hoc Signum † manus nominati aligerni ego qui nominatos ab eum rogitus pro eum subscripsi †

† Ego gregorius filius domini stephani curialis rogatus a nominato aligerno testis subscripsi †

† Ego marinus filius domini cesarei monachi rogatus a suprascripto aligerno testis subscripsi †

† ΕΓΟ ΙΩ ΑΝΑΚΛΙ Φ̄ ΡΟΓΑΤΟΥС Α СCΤΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟ ΤΕCΤΙ СΟΥΒ †

† Ego gregorius Curialis: et scriniarius Complevi per nominata tertiadecima indictione †

LXX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quadragesimo septimo. sed et romano magno imperatore eius filio anno decimo die tricesima mensis aprilis indictione tertia decima neapoli: Certum est nos leone et gregorio uterinis germanis filiis quidem domini petri monachi ego nominato leone cum consensum et voluntate presentis marie honeste femine coniugis meae: A presenti die promtissima voluntate commutabimus et tradidimus tibi domino stephano filio quondam domini .... IDest integra una petia nostras de terras que vocatur ad illa pischina 'posita in loco qui vocatur munianum cum arvoribus et introitum suum et omnibus eis generaliter pertinentibus. qui coheret sivi a tribus partibus est terra tua et ab alia autem parte est terra qui fuit de gathone. Unde nihil nobis exinde intus nominatas coherentias aliquot remansit aut reservavimus nec in aliena cuiusque persona quot absit comisimus aut iam committimus potestate. Ita ut a nunc et deinceps iam dicta integra una petia nostra de prenominata terra que vocatur ad illa pischina posita in nominato loco munianum cum arvoribus et introitum suum et omnibus eis generaliter pertinentibus sicuti nominatas coherentias circundant sicut superius legitur in presentis a nobis tibi sit comutatas et traditas et in tua tuisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis. et neque a nobis nominato leone et gregorio uterinis germanis ego nominato leone cum consensum et voluntate presentis nominate marie honeste femine coniugis meae neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu nominato domino stephano aut heredes tuis habeatis exinde quacunque requisitione aut molestia ha nunc et in perpetuis temporibus. insuper omni tempore nos et heredes nostris tibi tuisque heredibus exinde av omni homine omnique persona ex omnibus partibus in omnibus antestare et defensare promittimus. pro eo quot in presentis at vicem exinde in comutatione recompensationisque accepimus a te exinde. idest integras tres petias tuas de terras positas in loco qui vocatur grummum ex quibus una ex ea terra que vocatur ad aspru at pertusa et alia qui est corrigia ibi ipsum ad asprum tertia qui appellatur

an. 955.

iterum at pertusa. insimul cum arvoribus et introitas suas et omnibus eis generaliter pertinentibus. unde nihil tibi ex is omnibus aliquot remansit aut reserbastis nec in aliena persona comisistis potestate. set in nostra nostrisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere voluerimus. et tu et heredes tuis omni tempore nobis nostrisque heredibus nominatas tres petias tuas de prenominatas terras cum omnibus eis pertinentibus av omni homine omnique persona ex omnibus partibus in omnibus antestare et defensare deveatis. sicuti et quomodo continet chartula comutationis nostras quas tu mihi exinde fecistis. unde exinde et superiuximus tibi in presentis et auri solidos quatuor bytianteos incantum. Interis namque promittimus tibi ut si tu aut heredes tuis in nominato loco munianum potueritis vincere plus terras qui nobis pertinuisset in tua tuisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis. et nullam requisitione exinde abeatis vos aut heredes vestris a nobis aut a nostris heredibus per nullum modum in perpetuum qui ita inter nobis vone voluntatis conbenit: Si autem nos vel heredes nostris quobis tempore contra hanc chartula comutationis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia nominata per quolibet modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos viginti quattuor bytianteos et hec chartula comutationis ut super legitur sit firma. scripta per manus petri curialis scribere rogatus per indictione nominata tertiadecima †

hoc signum † manus nominate marie honeste femine quod ego qui nominatos pro ea subscripsi † signum † manus nominati leoni qui in anc chartula pro occupatione mortis manibus suis subscribere minime concurrit eo quod nominatos pro eum subscripsi †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ ϹΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΑΝΑϹΤΑϹΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΑϹ ΠΕΡϹΟΝΑϹ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ΕΓΟ ϹΕΡΓΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΝΙΚΕΤΑ ΠΡΦ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΑ ΠΕΡϹΟΝΑ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΒΑϹΙΛΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΑϹ ΠΕΡϹΟ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† Ego petrus Curialis Conplevi et absolvi pro indictione nominata tertiadecima †

LXXI.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi imperante domino an.
nostro Constantino magno Imperatore anno quadragesimo octavo sed et Romano magno Imperatore eiüs filio anno undecimo die quinta mensis martii indictione quartadecima neapoli: Certum est me maria filia quondam petri franco una cum consensu domini ursi viri mei: A presenti die promptissima voluntate venundedi et tradidi tibi stephano filio quondam ursi...... Idest integra terra mea que vocatur rovosetum posita in marano cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus quam et quo modo mihi et at quidem sergio carpentario antecessore viro meo obbenit per chartulam membranis scriptam a quidam leone farricellum cum voluntate marie coniugi sue et ipsa chartula tibi in presentis dedi: qui et coheret sivi memorata terra hab uno latere terra cesarii. et de uno capite via pubblica et ex alio latere terra de colonos de balusanam ab alio capite terra tua nominati stephani comparata. Unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reservavi: set av odierna die et deinceps iam dictas memoratas terras rovosetum positas in memorato loco maranum una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus quantum et quomodo mihi obbenit per memorata chartula quam vobis dedi et quatenus tibi illos per memorates coherenties insinuavimus sicuti superius legitur a me tibi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestate quidquid exinde facere volueritis liberam habeatis potestate: et neque a me vel a meis heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore quam tu aut heredes tuis quod absit abeatis exinde requisitione per nullum modum in perpetuum: insuper omni tempore ego et hèredes meis exinde ab omni homine omnique persona tibi tuisque heredibus in omnibus antestare et defensare debeamus propter quod accepi a te idest auri tari nobem ut inter nobis combenit: si autem ego aut heredes meis contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire quesierimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos biginti bytianteos et ec chartula sit firma scripta per manus iohannis curialis per memorata indictione ✝

956.

† hoc signum † manus memorati iugali quod ego pro ei subscripsi et memorati tari confessus percepisse

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΚΕCΑΡΙΙ ΡΟΓΑΤΥC Α CΤΟ ΙΥΓΑΛ ΤΕCΤΙ CΥΒ ΕΘ CCΤΙ ΤΑΡΙ ΚΟΝΦ ΠΚΕΠΙCCΕ †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟ ΙΟΥΓΑΛΕ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ ΕΘ CCΤΙ ΤΑΡΙ ΚΟΝΦ ΠΕΡCΕΠΙCCΕ †

† Ego iohannes Curialis post subscriptionem duobus testibus et post defuntione quondam domini leoni qui in anc annotatione scriptum fuit et in anc chedula minime scribere concurrit Complevi at absolvi per memorata Indictione †

LXXII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quadragesimo hoctabo sed et romano magno imperatore eius filio anno undecimo die sextadecima mensis aprilis indictione quartadecima neapoli: Certum est me leonem filio quondam ursi et nominatur amalfitanum: iterum et habitator sum de loco qui vocatur palude: A presenti die promtissima voluntate: promitto tibi domino gregorio venerabili presbitero custo vero ecclesie beati euthimi. posita in vico qui vocatur sol et luna. pro vice nominate vestre ecclesie: propter inclitas omnes terras. que nominatur ad griptas. et adpellatur cariniana sita in nominato loco. et pertinet de fundum. de turandi quem per securitate ego illut appreensi a quidem stephano qui dicitur de marina. quas ipsa securitate aput me habere confiteor: Ut av odierna die omnibus nominatis vos et posteris vestris sanctaque vestre ecclesie illut habere deveatis. medietate. et ego et heredes meis. similiter iterum medietate. Ut in ullo capitulo exinde. de vos et de posteros vestros fortior esse per nullum modum nec per summissis personis. iterum promitto tibi posterisque vestris sanctaque vestre ecclesie ut quandoque vobis necessa fuerit nominata chartula securitatis que ad nomini meo adpreensi de nominatas terras. a nominato stephano de marina. tunc ego et heredes meis tibi posterisque tuis. ea dare et demonstrare deveamus. ad relegendum. et ad causandum hubi vobis necessa fuerit. nulla vobis exinde mittentes hoccasione: quia sic inter nobis stetit. adque comvenit. et si aliter fecero et minime adimplevero ego cum heredibus meis de his omnibus nominatis per quolibet modum aut summissis personis tunc componimus tibi posterisque vestris sanctaque vestre ecclesie auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula promissionis ut super legitur sit firma. Quam chartula sicut superius legitur a nobis facta david curialis scribendam rogavi per nominata indictione † an. 956.

hoc signum † manus nominati leoni qui nominatur amalfitanum qui omnia nominata voluntarie sue fieri rogavi et testes ut subscribere rogavi quod ego qui nominatos pro eum subscripsi †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟ ΛΕΟΝΕ ΤΕCΤΙ CΥΒ †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΑΝΑϹΤΑϹΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΛΕΟΝΕ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΜΑΡΙΝΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΛΕΟΝΕ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† Ego david Curialis Complevi et absolvi die et indictione nominata quartadecima †

LXXIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino porfirogenito magno Imperatore anno quadrigesimo octabo. sed et romano magno imperatore eius filio anno undecimo. die vicesima quarta mensis aprilis indictione quarta decima neapoli. Certum est me gregorium filium quondam venerabilis domini sergii dudum prefecti postmodum vero monachi: A presenti die promtissima voluntate commutavi et tradidi vobis domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. IDest integra corrigia de terra mea que vocatur ad senauba posita vero in territorio putheolano una cum arvoribus et introitum suum omnibusque sivi generaliter pertinentibus. Coherente sivi hab uno latere parte horientis terra vestra iuris nominati sancti et venerabilis vestri monasterii. et ex alio latere parte occidentis corrigia vestra quam inferius pro hanc commutatione accepi sicuti inter se quatuor termines posuimus finiendo. de uno capite parte septentrionis est egripus. De alio capite parte meridiana sunt parietine qui sunt inter hoc et inter terra iuris ecclesie vestre vocabulo sancti petri de intus castro putheolano. de qua nihil mihi intus nominatas coherentias aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personam commisi potestate: Ita ut ha nunc et deinceps nominata integra corrigia de terra mea que vocatur ad senauba sita in putheolim cum arvoribus et introitum suum omnibusque sivi pertinentibus. unde nihil mihi exinde reservavi quatenus per nominatas coherentias vobis ea insinuavi set in integro sicut superius legitur a me vobis sit commutata et tradita in vestra posterisque vestris nominatoque sancto et venerabili vestro monasterio sint potestate queque exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestate: et neque a me nominato gregorio neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos nominatus dominus sergius venerabilis igumenus aut posteris vestris nec nominatus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et in perpetuis temporibus. propter quod ad vicem in commutationis recompensationisque accepi a vobis nominata in-

an. 956.

tegra corrigia de terra vestra cum arvoribus et introitum suum omnibusque sivi pertinentibus coherente sivi de uno latere parte hoccidentis terra mea. De alio latere parte horientis nominata corrigia que superius vobis commutavi ut dixi sicuti inter se nominatis quatuor terminis finiuntur. De uno capite parte septentrionis nominatum egripum De alio capite parte meridiana nominata terra mea. unde nihil vobis intus nominatas coherentias reservastis sicuti et quomodo mea continet chartula commutationis que vos cum cuncta vestra congregatione monachorum mihi exinde fecistis in omnem decisione seu deliberationem. Quia ita inter nobis combenit: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc cartulam commutationis ut super legitur venire presumpserimus et in aliquid offenderimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque vestris nominatoque sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos viginti bytianteos. et hec cartula qualiter continet sit firma in perpetuum: scripta per manus iohannis curialis per indictione nominata quartadecima †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC COYB †

† Ego aligernus filius domini leoni rogatus a suprascripto gregorio testi subscripsi †

† Ego theodorus filius domini aligerni rogatus a suprascripto gregorio testi subscripsi †

† Ego gregorius filius domini ioannis rogatus a suprascripto gregorio testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione nominata quartadecima †

LXXIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quadrigesimo octabo sed et romano magno imperatore eius filio anno undecimo: Die quinta mensis iunii indictione quartadecima neapolim. Certum est nos theodonanda humilis abbatissa monasterii beati archangeli qui appellatur ad baiane ancillarum dei una cum cumta congregatione monacharum memoratis mei monasterii. A presenti die recepimus a te maru monacha filia quondam domini petri omnes chartulas quanta continet duas offertiones quas memoratus genitor tuus fecit in memorato santo nostro monasterio. et numquam presummamus nos aut posteras nostras nec memoratus santus noster monasterius te aut heredes tuis de ipsa omnes chartula quanta memorata duas offertiones continet que nos a te in presenti recepimus aliquando querere per nullum modum nec per summissis personis in perpetuum. insuper in presenti a te sacramentum recepimus dicendo nobis ut tu plus chartula non habuisset quanta ipsa duas offertiones continet nec de ipso monasterio nisi quanta tu modo nobis dedisti. quia sic nobis iudicatum fuit: Si autem nos aut posteras nostras vel memoratus sanctus noster monasterius quovis tempore contra hac chartulam securitatis ut super legitur venire presumserimus. et in aliquod offenderimus per quovis modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos sexaginta bythianteos. et hec chartula securitatis ut super legitur sit firma. scriptam per manu iohanni scriptoris discipulo domini gregorii primmarii scribere rogavi die et indictione memorata quartadecima †

an. 956.

† hoc signum † manus nominata theodonanda humilis abbatissa et eius congregatione monacharum quod ego qui nominatos pro eis subscripsi †

† ΕΓΟ ΑΝΑCΤΑCΙΟΤC ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ ΚΡΙCΤΟΦΟΡΙ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCΤΑ ΤΕΟΘΟΝΑΝΔΑ ΑΒΒ ΕΤ ΕΙΤC CΟΝΓΡΕΓΑΖΙΟΝΕ ΤΕCΤΙ CΟΤΒ †

† ΕΓΟ ΘΕΟΡΤC ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCΤΑ ΘΕΟΘΟΝΑΝΔΑ ΑΒΒ ΕΤ ΕΙΤC ΚΟΝΓΡΕΓΑΖΙΟΝΕ ΤΕCΤΙ CΟΤΒ †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCΤΑ ΘΕΟΘΟΝΑΝΔΑ ΑΒΒ ΕΤ ΕΙΤC ΚΟΝΓΡΕΓΑΖΙΟΝΕ ΤΕCΤΙ CΟΤΒ †

† Ego gregorius primarius huius civitatis neapolis Complevi et absolvi die et indictione nominata quartadecima †

LXXV.

an. 957. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quadragesimo nono: sed et romano magno imperatore eius filio anno duodecimo die octabo mensis februarii indictione quintadecima neapoli: Certum est me iohannem filium quondam domini theodorii: A presenti die venumdedi et tradidi tibi maria cui super nomen bisantina filia quidem iohannis monachi coniux quidem stephani: Idest sexuncias de integra terra mea que nominatur mascarellam positam in licinianam una cum arvoribus et introito suo et omnibus sibi pertinentibus unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbabit nec in alienam personam quod absit conmisit aut iam conmitto potestatem qui se insimul iungitur et indibisum reiacent nominatas integras sexuncias meas quas tibi venundedit cum alia sexuncias de gregorio nepoti meo: qui et insimul coheret ab uno laterem et de uno capitem terra nominato genitori tuo et de alio laterem et de alio capitem terra heredum quondam domini iohannis castaldi: itam ut a presenti die et deinceps prenomina nominatas sexuncias meas quas tibi venundedit intus nominatas coherentias ut super legitur sint a me tibi venundatam et traditam in tua tuisque heredibus sint potestatem quidquid exinde facerem volueritis: et neque a me nominato iohanne neque a meis heredibus neque a nobis personis summissis nullo temporem nullam exinde abeatis quacumque requisitionem aut molestiam: neque tu nominata maria neque tuis heredibus per nullum modum in perpetuum Insuper omni temporem ego et heredes meis nominatas sexuncias meas quas tibi venundedit intus nominatas coherentias ut super legitur av omni hominem omnique persona tibi tuisque heredibus in omnibus antestarem et defenderem promittimus pro eo quod accepim a te auri tare unum sicut inter nobis combenit quod si autem aliter fecero de is omnibus nominatis per quovis modum aut summissam personam tunc compono ego et heredes meis tibi tuisque heredibus auri solidos sex bythianteos et hec chartula ut super legitur sint firma scripta per manus anastasii scriptoris discipulo domini gregorii curialis et scriniarii per nominatam indictionem †

hoc signum † manus nominato iohanne quod ego qui nominatos pro eum subscripsi et nominatum tare confiteor percepisse †

† ego petrus curialis rogatus a nominato iohanne testis subscripsi et nominatum tare confiteor percepisse †

† ego aligernus filius domini iohannis rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi et suprascripto tare confiteor percepisse †

† ego stephanus curialis rogatus a nominato iohanne testi subscripsi et nominato tare confiteor percepisse †

† ego gregorius Curialis et scriniarius Complevi per memorata quintadecima indictione †

LXXVI.

an. 957. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quadragesimo nono: sed et romano magno Imperatore eius filio anno duodecimo: die octaba mensis februarii indictione quintadecima neapoli: Certum est me bonito filio quondam maurici qui fuit abitator in pariti et ego modo abitare videor in miana: et quondam maru iugalibus personarum: una cum consensum maru coniugi mee: a presenti die promptissima voluntate venundedi et tradidi vobis iohanni et maria iugales seu iudecauro: et fimia iugales hoc est germanis seu cognatas filiis seu nuruas petri manci de memorato loco miana: Idest integra una petia mea de terra que nominatur campum de mianam una cum arboribus et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: qui eth coheret sivi ab uno latere terra andrea filio ursi de lopa que comparata abes da cesario marfello: et ab alio latere terra memorati petri genitori et soceri vestri qui nominatur manco et ab uno capite est terra aligerni exadelfi germani mei. et ab alio capite est campum qui nominatur pratum sancte neapolitane ecclesie sicuti inter se sepis exfinat: unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque persona quod absit commisit aut iam commicto potestate: set a presenti die et deinceps iam nominata memorata integra terra mea que nominatur in campum de miana una cum omnibus sivi pertinentibus quatenus per memoratas coherentias vobis eas insinuabimus sicut superius legitur a nobis vobis sit venumdata et tradita in vestra vestrisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis: et neque a me neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo temporem numquam vos aut heredibus vestris quod absit abeatis exinde quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: Insuper et ab omni omine omnique persona omni tempore ego et heredes meis vobis vestrisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod accepimus a vobis exinde in presentis. idest auri tari quimque sicut inter nobis combenit quod ego dedit pro anima memorata maru genitricem mea per manum domini stauracii presbiteri: si autem aliter fecero de his omnibus memoratis per quovis

modum aut summissis personis tunc compono ego et heredes meis vobis vestrisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma : scripta per manum iohannis curialis per memorata indictione †

hoc signum † manus memorati voniti cum consensum maru coniugim sue quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari confessus percepisse.

† ego ursus filius domini petri rogatus a suprascripto iugale testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego stefanus filius domini iohannis rogatus a suprascriptos iugale testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepise †

† ego iohannes filius domini marini rogatus a suprascripto iugale testi subscripsi , et suprascripti tari confessus percepisse †

† Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per memorata quintadecima indictione †

LXXVII.

an. 957. † In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi Imperante domino nostro Constantino porfirogenito magno Imperatore anno quadrigesimo nono. sed et *romano* magno Imperatore eius filio anno duodecimo. Die duodecima *mensis* februarii indictione quintadecima neapoli. Certum est nos iohannem humilem presbiterum filium quondam ubandelperti vicedomini. quamque drosu honesta femina filia quondam domini basilii monachi. cum voluntate presenti domini iohanni qui supra nomen fasani viri mei : nec non stephanum et iohannem germanis filiis quondam domini leoni. et idem iohannem filium quidem idem domini leoni una cum voluntate nominati genitori mei et cum voluntate marie honeste femine qui supra nomen sillicte coniugi mee: seu eupraxia qui supra nomen gemma et iohannem germanis filia et filium quondam domini gregorii ego vero nominata eupraxia que supra nomen gemma cum consensum presenti idem domini gregorii viri mei: adque leonem et gregorium seu theodonanda honesta femina germanis et germana filiis et filia quidem domini iohanni monachi. set ego memoratus leo cum voluntate gemma honeste femine coniugi mee et ego memorata theodonanda honesta femina cum voluntate presenti domini iohanni qui supra nomen pictuli viri mei: hoc est parentes et consortes seu dominiis ecclesie vocabulo santi iohanni eubangelista sita vero in vico qui vocatur trea fata qui et carrarium dicitur regione portà santi ianuarii: etiam ego nominatus leo filio nominati domini iohanni monachi sum iterum dominio ecclesie proprie mee vocabulo beate agnetis qui sita esse videtur intus domum meam: A presenti die promptissima voluntate venundedimus et tradidimus vobis domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergi et bachi qui nunc congregatus es in monasterio beatorum theodori et sebastiani qui appellatur Casapicta situm in viridario: IDest integra una terra nostra que vocatur ad fine una cum olibetum suum et cum fructoras qui ibidem sunt et cum scapula seu planum de ribo fine aqua ex ipso ribo quod est in uno tenientia simul cum introitum suum omnibusque sivi generaliter pertinentibus quod est iuris nominate duabus ecclesiis nostris una vero ecclesia sancti iohannis comuniter nostra de omnes. alia sancte agnetis propria mea nominati leoni: Coherente sivi inter adfines hab uno latere parte horientis

terra et scapula vestra iuris nominati sancti et venerabilis vestri monasterii. et ex alio latere parte hoccidentis terra heredum domini marini qui nominatur......: De uno capite parte septentrionis est via qui vadit inter hoc et inter terra heredum domini stephani filio domini iohanni kata domini ypatiae: De alio capite fine aqua ex ipso ribo: De qua nihil nobis nec ipsius ecclesis nostris intus nominatas coherentias aliquod remansit aut reservavimus nec in alienam personam commisimus potestate: Ita ut ha nunc et deinceps nominata integra terra nostra que vocatur adfine una cum olibetum suum et cum fructoras qui ibides sunt et cum ipsa scapula et planum fine aqua ex ipso ex ipso ribo quod est in uno tenientia et cum introitum suum omnibusque sivi generaliter pertinentibus. unde nihil nobis exinde reservavimus quatenus per nominatas coherentias vobis eum insinuavimus. set in integro sicut superius legitur et qualiter prenominatas coherentias circumdant a nobis vobis sint venundatum et traditum in vestra posterisque vestris nominatoque sancto et venerabili vestro monasterio sint potestate quidquid exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem. et neque a nobis nominato iohanni presbitero. et drosu honesta femina cum voluntate nominati domini iohannis qui supra nomen fasani viri mei: et stephano seu iohanne germanis et idem iohannes cum voluntate nominati domini leoni et mariae que supra nomen sillicte genitori et coniugi meis. et eupraxia qui supra nomen gemma et iohannes germanis ego nominata eupraxia qui supra nomen gemma cum voluntate nominati gregorii viri mei. et leone seu gregorio et theodonanda germanis ego nominatus leo cum consensum nominate gemme coniugi mee et ego nominata theodonanda cum voluntate nominati iohannis qui supra nomen pictuli viri mei hoc est parentes et consortes neque a nostris heredibus neque a nominate ecclesiis nostris neque ab earum custodibus nullo tempore nunquam vos nominatus dominus sergius venerabilis igumenus aut posteris vestris nec nominatus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et in perpetuis temporibus: Insuper omni tempore nos et heredes nostris vobis posterisque vestris nominatoque sancto et venerabili vestro monasterio exinde ab omnis homine omnique personas et ab omnibus consortibus nostris et ab eorum heredibus in omnibus antestare et defensare promittimus imperpetuum. omnes enim exinde antestemus par-

tes tres. et ego nominatus leo et heredes meis exinde antestemus partes duas: pro eo quod in presenti accepimus a vobis exinde idest auri solidos viginti duos bythianteos. in cantum de quibus ex eis nos omnes pro viçe nominate ecclesie nostre sancti iohannis tulimus partes tres. et ego nominatus leo pro vice nominate ecclesie mee sancte agnetis ex eis tuli partes duas in omnem decisione seu deliberationem. tantummodo stetit nobis ut pro ipsa scapula et pro ipsum planum de intus eodem ribo nullo modo vos aut posteris vestris nos aut heredes nostris probocetis ad antestandum. Quia ita inter nobis combenit: Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia nominata et in aliquid offenderimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque vestris nominatoque sancto et venerabili vestro monasterio auri libra una bythiantea et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum scripta per manus iohanni curialis scribere rogavimus per indictione nominata quintadecima †

Hoc signum † manus nominate drosu cum voluntate nominati fasani viri sui. signum † manus nominati iohanni. signum † manus nominati iohanni cum voluntate nominate sillitte coniugi sue. signum † manus nominate eupraxie et iohannis germanis. signum † manus nominate geme. signum † manus nominate theodonande cum voluntate nominati viri sui ego qui nominatos pro eis subscripsi et nominatos solidos traditos vidi †

† ego iohannes presbiter subscripsi †

† ego gregorius subscripsi †

† ego leo subscripsi † † ego stephanus subscripsi †

† ego leo subscripsi †

† ego leo filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascriptos solidos confiteor percepisse †

† ego gregorius filius domini marini rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascriptos solidos confessos percepisse †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascriptos solidos confiteor percepisse †

† ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione nominata quintadecima †

LXXVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quadrigesimo nono: sed et romano magno imperatore eius filio anno duodecimo: Die quintadecima mensis februarii indictione quintadecima neapoli: Certum est me leonem presbiterum filium quondam liuperti havitator autem in loco qui vocatur ferrunianum pittulum territorio liguriano: A presenti die promitto tibi domina theodonanda umilem abbatissam monasterii beati archangeli qui dicitur ad baiane: propter integrum fundum nominati sancti et venerabilis tui monasterii qui nominatur de liupertum positum in nominato loco pertinente ad nominato sancto monasterio tuo a partibus militie et a partibus langubardorum. Una cum sex petias de terras in ipso loco constitutas ex ipso fundo pertinentes cum. arvoribus et cum portione quantum ibi pertinet de puteum communale de nominato loco et cum introitas suas omnibusque eis pertinentibus et cum dua intersica earum que insimul mihi meisque heredibus nominatibas per chartulam dedistis ad responsaticum: In eo enim tenore ut in mea meisque heredibus sint potestates tenendum et dominandum seu arbustandum et laborandum vel ad lavorandum tribuendum fruendum et commedendum et omnia super nos tollendam et abendam unde tu aut posteras tuas aut nominato sancto vestro monasterio mihi meisque heredibus nullam partem exinde queratis per nullum modum: tantummodo ego et heredes meis tibi et ad posteras tuas et ad nominato sancto vestro monasterio omni annuo dare et persolbere debeamus exinde per augusto mense idest triticum modia decem bonum siccum manducaturum tractum usque ante regie nominati vestri monasterii gratis mensuratum ad modium iustum de commedendum et cum ipsum responsaticum vobis adducere debeamus pullum unum nulla vobis mittentes hoccansionem: set quando vobis ipsum responsaticum adduxerimus nobis manducare et bibere dare debeatis ut iustum fueris et cum vibere nobis dare debeatis casum aut pisces et numquam presummo ego aut heredes meis tibi tuisque posteras aut at nominato vestro monasterio illud abrenuntiare et nec vos mihi meisque heredibus illud tollere set nominatum responsaticum et nominatum pullum vobis

an. 957.

persolbere debeamus imperpetuum ut super legitur: Insuper omni tempore vos et posteras vestras et nominato sancto vestro monasterio mihi meisque heredibus illud in omnibus a partibus militie et langubardorum et ab omnes omines omnique persona antestare et defendere debeatis in perpetuum sicuti et quomodo in omnibus ipsa nostra continet chartula in omnibus que tu nobis exinde fecistis: etiam stetit nobis ut si nobis antestare non potueritis tres petias de nominatas terras quarum una que vocatur silba de campu memorie secunda que nominatur at tribeum cum intersicum suum tertia que nominatur campum ad sorbum tunc tantum vobis persolbere debeamus triticum modia octo et ipsum pullum nam nihil plus in nominato tenore ut super legitur: Verumtamen si quovis tempore tu aut posteras tuas vel nominatus sanctus vester monasterius in nominato loco plus terras vincere potueritis ex ipso fundo pertinentes tunc mihi meisque heredibus illud dare debeatis in nominato tenore antestandi et nos vobis per ratiocineas plus responsaticum superiungerę debeamus: Quia ita inter nobis combenit: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia nominata per quovis modum aut summissis personis tunc componimus tibi posterasque tuas et ad nominato sancto vestro monasterio auri solidos triginta sex bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma imperpetuum: scripta per manus petri curialis per nominata quintadecima indictione †

† ego leo presbiter subscripsi †

† ego marinus filius domini cesarii monachi rogatus a suprascripto leo presbitero testis subscripsi †

† Ego petrus filius domini stephani curialis rogatus a nominato leone presbitero testi subscripsi †

† ego marinus filius domini iohannis monachi rogatus a suprascripto leone presbitero testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi die et indictione nominata quintadecima †

LXXIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quadragesimo nono: sed et romano magno imperatore eius filio anno duodecimo: die vicesima secunda mensis magii indictione quintadecima neapoli: Certum est me stephanum filium quondam domini iohannis: a presenti die commutavi et tradidi tibi domina maria honesta femina nepoti mea filia quondam domini anatolii conius presenti domini marini: Idest integra una terra mea que vocatur pastoranum posita in loco qui vocatur casali cuniana qui nos exinde in portione tetigit da quondam domina anna genitricem tuam germanam nostram per chartulam notitie una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus et coheret sivi ab uno capite via publica qui pergit at casacellere et da duobus lateribus terra heredes petri surdi et ab alio capite est terra tua pertinente tibi per memorata domina anna genitrice tua et ea in portione tetigit a nos ipsos unde nihil mihi exinde aliquod intus ipsas coherentias remansit aut reserbavi: set a presenti die et deinceps a me tibi sit commutata et tradita in tua tuisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis: et neque a me neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu aut heredibus tuis quod absit abeatis exinde quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: insuper promitto tibi ut omni tempore ego et heredes meis tibi tuisque heredibus exinde desuper tollere debeamus anastasio germano meo et domina gregoria monacha germana mea et heredes illorum absque omni vestra amaricatione: propter quod at vicem in commutatione accepi a te exinde in presentis idest integra una terra tua que nominatur viniole posita in casali cuniana una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus pertinente tibi a quondam memorata anna genetricem tua et ea in portione tetigit a nos ipsis propter quod illas comparata abuit memorato domino iohanne genitori meo abio tuo et coheret sivi ab uno latere et de uno capite via publica et ab alio latere terra heredes stephani coloni et ab alio capite terra sadoaldi capuani: insuper et at bicem commutastitis mihi et integra tertia tua de integra alia terra que nomintaur

an. 957.

campum at nucem qui in divisum reiacent ipsa tertia tua quam mihi commutastitis cum alie due parti mee ex ipsa terra et nobis pertinet per memoratis genitoribus nostris insimul cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus : et ad ipsa coheret ab uno latere terra mundi mannarini : et ab alio latere terra heredes domini christofori thii nostri et ab uno capite coheret fossatus qui exfinat inter nos et terra de illum cardillum et ab alio capite coheret via publica hoc est cultum et non cultum : unde nihil tibi exinde aliquod intus ipsas coherentias aliquod remansit aut reserbastis ut in mea meisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere voluerimus quia sic inter nobis combenit : si autem aliter fecerimus de his omnibus nominatis per quovis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredes meis tibi tuisque heredibus auri solidos triginta sex bythianteos et hec chartula commutationis ut super legitur sit firma : scripta per manus iohanni curialis per nominata indictione †

hoc signum † manus nominati stephani quod ego qui nominatos pro eum subscripsi †

† ego basilius filius domini petri rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi †

† ego leo filius domini iohannis rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi †

† Ego ioannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi pro memorata quinta decima indictione †

LXXX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi *Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore* anno quadragesimo nono *sed et romano magno imperatore eius filio* anno duodecimo : die vicesima quarta mensis augusti indictione quintadecima neapoli : Certum est me gregorium surrentinum filium quondam iohannis............................ A presenti die promptissima voluntate venundedi et tradidi vobis domino stephano filio quondam domini leoni et domine pitru honeste femine hoc est iugales : idest integras sexuncias meas de integra inferiora et superiora super se una super alia constituta posita vero intus hac civitate neapolis in vico qui nominatur virginum et cum aheribus et aspectibus suis simul cum introitum suum a parte de memoratum bicum publicum et omnibus sivi pertinentibus pertinente mihi a quidem domino iohanne monacho dudum domino meo unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque persona quod absit commisit aut iam committo potestate : qui et coheret sivi a parte horientis memoratus bicus publicus unde ibidem introitum abere *debeatis*..... a parte de memoratum bicum vos portas aperire debeatis. et...... coheret domus leoni de pacificum et a parte occidentis ...... vestra memoratis iugales et a parte septentrionis coheret alias sexuncias ex ipsa inferiora et superiora super se de quidem boni de loco qui nominatur luscanum quod est in longum divisa et est omni tempore ad equale mensura unde nihil nobis exinde aliquod remansit aut reserbavimus: set a presenti die et deinceps a nobis vobis sit venumdatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere *volueritis* et neque a nobis neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos, aut heredibus vestris quod absit abeatis exinde quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus insuper et ab omni omine omniquc persona omni tempore nos et heredes meis vobis vestrisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus : propter quod accepimus a vobis exinde in presentis idest auri solidos octo bythianteos sicut inter nobis combenit : verumtamen promittimus vobis ut si vos aut heredibus vestris gradas facere volueritis licentiam abeatis a

parte de memoratum bicum publicum et faciatis vobis a parte de ipsum vicum portas quale vobis placuerit: quia sic nobis stetit: si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredes meis vobis vestrisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manum iohanni curialis per memorata quintadecima indictione †

hoc signum † manus memorati gregorii. hoc signum † manus nominate oranie hoc est iugales quod ego qui nominatos pro eis subscripsi et nominatos solidos confessus percepisse †

† ego leo filius domini iohannis rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† ego leo filius domini anastasii rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi, et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† ego bitalianus filius domini mastali rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† ego iohannes Curialis qui post subscriptionem testium Complevi et absolvi die et indictione memorata quintadecima †

LXXXI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore *anno* quinquagesimo: sed et romano magno imperatore eius filio anno...... die decima mensis ianuarii indictione primma neapoli: Certum est me maria filia quidem petri manci de loco qui nominatur miana una cum *consensum* iaquinti viri mei seu et cum consensum et voluntate maru germana *mea* et ipsa maru germana mea cum consensum ursi viri sui cognati nostri: et abitatoribus in nominato loco miana: a presenti die promptissima voluntate venundedi et tradidi vobis aligerno saponario et drosu iugales: idest integre due parti nostre de integra una terra sita in campum qui vocatur de miana *una* cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus unde nihil nobis exinde aliquod remansit aut reserbavimus: qui et coheret sivi at nominate ambe due parti nostre ex ipsa integra terra a parte hoccidentis alia una tertia ex ipsa terra quod est de tertiam parte parte una qui tetigit iohanni et iudecaro germanis nostris quod est, omni tempore in tertiam parte ad equale mensura et a parte horientis est terra monasterio nicandri et marciani puellarum dei et a parte meridiana est terra heredes gregorii pappapulicinum. et a parte septentrionis est terra aligerni filio quondam boniti de nominato loco: unde nihil nobis ex ipse due parti nostre ex ipsa integra terra qualiter per nominatas coherentias vobis ea insinuavimus sicut superius legitur a nobis vobis sit venundata et tradita in vestra vestrisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis: et neque a nobis neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos aut heredibus vestris quod absit abeatis exinde quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: insuper et ab omni omine omnique persona omni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod accepi a vobis idest auri solidum unum bythianteum et auri tare, unum sicut inter nobis combenit: si autem aliter fecerimus de his omnibus nominatis per quovis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredes nostris vobis vestrisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula vendi-

an. 958

tionis ut super legitur sit firma: scripta per manus iohanni curialis per nominata primma indictione †

hoc signum † manus nominate marie cum consensum nominati iaquinti viri sui seu et cum consensum nominate maru germane sue et ipsa maru cum voluntate ursi viri sui quod ego qui nominatos pro eis subscripsi et nominatum pretium confessus percepisse †

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascriptum pretium confessus percepisse †

† ego gregorius filius domini stephani rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascriptum pretium confessus percepisse †

† ego stefanus filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascriptum pretium confessus percepisse †

† ego iohannes Curialis qui nominatos post subscriptionem testium Complevi per nominata primma indictione †

LXXXII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesū Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quinquagesimo: sed et romano magno imperatore eius filio anno tertiodecimo: die vicesima tertia mensis martii. indictione prima neapoli: Comvenit denique cum domini ausilio et per colloquia vonorum ominum inter me gari exerchitali langubardorum filium quondam teudi exerchitali langubardorum et te videlicet domino stephano monacho filio quondam domini leoni monachi propter.... terras mea et tua quantas et quales pertinet de.................. tua de loco qui nominatur at mulianum una cum introitas suas *omnibusque* sivi pertinentibus: unde mihi nominato gari pertinet exinde medietate pro partibus nostre langubardorum et tibi nominato domino stephano pertinet exinde similiter medietate pro partibus vestre militie neapolitanorum pro vice quondam domini campuli soceri tui: quod sunt nominative ipsas terras qualiter superius diximus primma petia que nominatur at bespulum at sanctum archangelum qui abet finis ab uno latere terra cellerari capuani.......... et ab alio latere terra lupi militis et de uno capite terra............. ab alio capite via publica qui badit per coste de fundum sancti archangeli: secunda petia de terra que nominatur ceramaiore et ipsabet ab uno latere terra de hominibus de fulinianum et de alio latere terra que nominatur muscum quam tenet leo de tribuno iohanne et illi de aniscone: et de uno capite campu qui nominatur cubulanum sicuti inter se via exfinat et ab alio capite terra hominibus de casapisinna. tertium campum qui nominatur casa alba iusta orta de liberi et de uno latere via a.......... et de alio latere terra cellerari et terra iohannis de cesarium ab uno capite terra atroaldum et ab alio capite ipsa horta de liberi sicuti inter se via exfinat: quartum campum qui nominatur campu maiore iuxta pontianum abente ab uno latere terra de fundora de pontianum et ab alio latere terra lupi militi: et ab uno capite terra hominibus de pontianum et ab alio capite via publica. quintum campum qui nominatur casalauri abente de uno latere terra hominibus de pontianum et ab alio latere terra iohannis de cesarium et ab alio capite terra memorati lupi militi: sextum campu qui

an. 958.

nominatur marinaci subtus fundum sancti iuliani habente ab uno latere terra hominibus de pontianum et ab alio latere terras de ipso loco amulianum et de uno capite terra ipsius sancti iuliani et de alio capite terra ominibus de pontianum: septimum campum qui nominatur at casale abente ab uno latere terra sancti iuliani et ab alio latere terra vesi pergulfi et de uno capite terra lupi militis et ab alio capite campum qui nominatur at olibas sicuti inter se fossatus exfinat: octabum campum qui nominatur seberanum abente ab uno latere terra sancti bincentii et ab alio latere terra sancte neapolitane ecclesie et ab uno capite via publica et ab alio capite campora de butrunianum: nec autem nominatas camporas qualiter superius legitur que superius per nominatas coherentias exegregavimus pertinet de ipsa fundora nostra de amulianum unde mihi pertinet medietate pro partibus langubardorum et tibi similiter medietate a partibus vestre militie neapolitanorum pro vice quondam nominati domini campuli soceri tui: et debeamus ipsas camporas qualiter superius legitur dividere inter nobis in secundam parte per equaliter tu et heredibus tuis tollere et lebare debeatis exinde medietatem pro partibus vestre militie et ego et heredibus meis similiter medietate pro partibus nostre langubardorum. et ipsa sorte tua qui te exinde tetigit quod est medietate de nominatas omnes camporas nostras in tua tuisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis et neque a me neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore nunquam exinde abeatis quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: veruntamen stetit inter nobis ut de quantas terras de ipso loco amulianum ego nominatus gari venditas abeo. alium tantum et tale tu et heredibus tuis lebare debeatis at vicem de ipsa campora nostra et in tua tuisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis: quia ita nobis stetit: si autem aliter fecerimus de his omnibus nominatis per quovis modum aut summissis personis tunc componat pars infidelis et suis heredibus a partem fidem serbanti eiusque heredibus auri libra una bythiantea et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manum iohannis curialis per nominata prima indictione †

hoc signum † manus nominati gari exerchitali langubardorum quod ego qui nominatos pro eum subscripsi †

† ego stefanus filius domini theodosii tribuni rogatus a suprascripto gari testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascripto gari testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini leoni rogatus a suprascripto gari testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis qui nominatos post subscriptionem testium Complevi per nominata primma indictione †

LXXXIV.

an. 959. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quinquagesimo primo sed et romano magno imperatore eius filio anno quartodecimo die quinta mensis martii Indictione secunda neapoli: Combenit itaque cum domino auxilio et parentali ordinem inter me anna honesta femina filia quondam domini gregorii, et quondam domine marie iugalium personarum. relicta autem quondam domini anastasii et te videlicet domino stephano uterino germano meo et ecce in presentis per anc chartulam firmavimus inter nobis divisionis de omnem nostram hereditate quam iam divisum abet de qua tetigit te nominato domino stephano germano meo: Idest integrum fundum qui ponitur ad malitum iuxta fundum domini Iohanni mauromundo: seu tetigit te et alium fundum pictulum ibi ipsum ad malitum qui est iuxta fundum heredes quondam domini sergii.................... kata domini pitru: iterum tetigit te et integra terra que vocatur martianum et integra terra que vocatur ad silba maiore: simulque tetigit te et sexuncias de terra que vocatur leporanum hoc est a parte de terra heredes nominati domini sergii: kata domini pitru in longum divisum ad equale mensura: simulque tetigit te et integra terra que vocatur macculanum: excepto quantum si exinde tollere potuerit heredes domini stephani prefecti thii nostri: iterum tetigit te et integra terra que vocatur pratu posita iuxta sanctum sossium et integras duas petias de terras nostras que nominantur calbum positas at canniti: seu tetigit te et integra petia de terra que vocatur mascanellu posita in pischinule tetigit te et quantum abemus in foris gripta: quamque tetigit te et sexuncias de terra que vocatur at fractula hoc est a parte meridiana iuxta viam unde reliquas sexuncias ex ea qui est a parte septentrionis tetigit in portione mea nominate anne: et est in longum divisum omni tempore ad equalem mensuram: iterum tetigit te et integra terra que vocatur cesula super ipsa bia ibipsum ad fractula: Vintendi perdendi de omnibus nominatis equalis sit nobis nostrisque: heredibus portio: insuper tetigit te et portio de campum qui vocatur et ponitur ad munianum hoc est a parte septentrionis iuxta terra ecclesie sancte marie

que nominatur at tribeum et de aliis ominibus : qui at fine sunt. Unde reliqua alia portio ex ipsum campum a parte meridiana iuxta sanguinitum tetigit in portione mea nominate anne quomodo inter se exfinat corrigia de illi de agathoni et quomodo inter se termines exfinat : iterum tetigit te et integra terra que vocatur cesa : tetigit te et integrum fundum qui est post casa de illa pischina quomodo inter nominatum fundum et terra qui me nominata anna tetigit que vocatur iterum post casa fossatus exfinat : hec vero portio cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: pischine vero in memorato loco malitu et in pischinule et nominata pischina de munianum et alie pischine de nominato loco munianum ubi portione abemus cum consortibus nostris remanserunt communes inter nobis nostrisque heredibus : Insuper definivimus inter nobis et de omnia et in omnibus que inter nobis communale abuimus de omnem substantia nominatis genitoribus nostris : et unusquis ex nobis suam exinde consecutus est portionem: et nihil aliquod inter nobis incommune aut indivisum remansit unde nos querere possamus de omnem dictum et non dictum factum et non factum memoratum et non memoratum cognitum et incognitum presentem et absente: idest de omnia et in omnibus et nihil inter nobis remansit nisi sola gratia et caritatem : excepto heredes quondam trasarii comenditus nostro de loco qui vocatur locopuli cum omnibus sivi pertinentibus: et excepto quantum abemus in maranum et quantum abemus in arininum et in romani et in gallum aut si in alio loco aliquod conquirere aut vincere potuerimus sive hominibus vel terris aut silbis vel alia quabis causa quas inter nobis dividere debeamus per medietatem quia ita nobis stetit : si autem aliud fecerimus de hiis omnibus nominatis per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredes meis tivi tuisque heredibus auri solidos sexaginta bytianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis scribere rogatus per nominata indictione † hoc signum † manus nominate anne ego pro eas subscripsi † et hoc memorati sumus ut chartula exfalia quam inter nobis fecimus ut continet sit inter nobis nostrisque heredibus firma et stabilis : tetigit hic et fundum qui est caput de nominatum campu de munianum : ubi residet bonitulo :

† εγο σεργηȣσ φιȣσ δν τεοφιλαχτη ρογατȣσ α σττα αννα τεστι σȣβ †

† ΕΓΟ CΕΡΓΙΟΤC ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ CΤΕΦΑΝΙ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCΤΑ ΑΝΝΑ ΤΕCΤΙ COΤΒ †

† ego iohannes scriptor rogatus a nominata anna testi subscripsi †

† ego Iohannes Curialis qui nominatos post subscriptionem testium Complevi per nominata secunda Indictione †

LXXXIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino porfirogenito magno Imperatore anno quinquagesimo primo. sed et romano magno imperatore eius filio anno quartodecimo Die septima decima mensis magii indictione secunda neapoli : Disponere itaque visus fuit quondam petrus filius quondam gregorii qui cognominabatur papa per firmissimum suum dispositum quatenus post eius ovitum dare pro eius anima de sua hereditate..........substantia quidem........solidos quatuor de tari ana quatuor tari per solidos per manibus........quondam domini iohanni prefecti et iohanni filio quondam domini gregorii prefecti et si nominata.................. re licentiam et potestatem haberemus nos appreendere et venundare de *nominata hereditate* seu substantia tantas autem unde ipsos solidos tollere baleremus et distribueremus illos pro eius anima. et quia nominata coniux eius minime baluit nobis illos dare: nunc autem combenit inter nos nominatis distributores una cum voluntate nominate pitru honeste femine coniugi sue et vos videlicet domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casa picta situm in viridario : et a presenti die promtissima voluntate venundedimus et tradidimus vobis nominato domino sergio venerabili igumeno. IDest integra portione nominati petri que sunt uncias tres et medietate de portione anastasii quondam germani sui que est uncia una semis insimul de...... .... posita vero in loco qui vocatur nonnaria territorio plagiense *una cum arboribus* fructiferis vel infructiferis simul cum introitum suum *omnibusque sivi* generaliter pertinentibus. quem bero nominatas quatuor uncias et media que vobis a nunc venundedimus indivisas reiacet cum reliqua una uncia semis quem detinet maria honesta femina relicta nominati anastasii et cum alias tres uncias vestras quem empta habetis a quidem gregorio et petro germanis exadelfis nominati petri per firmissima chartula comparationis vestre. et cum alias tres uncias quidem iohanni et gregorie germanis nominati gregorii et petri. Coherente sivi insimul nominata terra hab uno latere et de uno capite terra nomi-

an. 959.

nati sancti et venerabilis vestri monasterii. et ex alio latere et de alio capite terra heredum quondam domini pictuli cognominatus mischinum sicuti inter se termines finiuntur. De qua nihil nobis ex ipsas quatuor uncias et media intus nominatas coherentias remansit aut reservavimus nec in alienam personam commisimus potestatem: et ha nunc et deinceps a nobis vobis sit venundatas et traditas in vestra posterisque vestris sint potestate queque exinde facere volueritis: et neque a nobis nominato stephano et iohanni distributores cum voluntate pitru neque a nostris heredibus neque ab heredum nominati petri nullo tempore numquam vos nominatus dominus sergius venerabilis igumenus aut posteris vestris nec nominatus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et in perpetuis temporibus. pro eo quod impresenti accepimus a vobis exinde idest auri tari sex quos presens presenti distribuimus pro anima nominati petri sicuti ipse disposuit in omnem decisione seu deliberationem. Interea ego nominata pitru promitto vobis propter una chartula concessionis quam nomini meo et nominati viri mei appreensimus a quidem domino iohanni domini gratia eminentissimus consul et dux de hereditate seu substantia nominati anastasii cognati mei ut quandoque vobis posterisque vestris necessa fuerit tunc ego et heredes meis vobis posterisque vestris illa hostendere et monstrare debeamus ad relegendum ubi vobis necessum fuerit absque omni vestra amaricatione nulla vobis mittentes hoccansionem: Quia ita inter nobis combenit: Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumpserimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque vestris nominatoque sancto et venerabili vestro monasterio auri solidas duodecim bythianteos et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum: scripta per manus iohannis curialis pro indictione nominata secunda ✝

hoc signum ✝ manus nominati iohanni distributore. signum ✝ manus nominate pitru honeste femine quod ego qui nominatos pro eis subscripsi et nominati tari confessus percepisse ✝

✝ ΕΓΟ CΤΕΦΑΝΟΥC COΥΒ ✝

✝ ΕΓΟ ΑΝΑCΤΑCΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΚΡΙCΤΟΦΟΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΑC ΠΕΡCΟΝΑC ΤΕCΤΙ COΥΒ ΕΘ CCΤΙ ΤΑΡΙ ΚΟΦ ΠΕΡΚΕΠΙCCΕ ✝

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΤC ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΠ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCTAC ΠΕΡCΟΝΑC ΤΕCΤΙ COTB ΕΘ CCTI ΤΑΡΙ ΚΟΝΦ ΠΕΚΕΠΙCCΕ †

† ego iohannes filius domini petri rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione nominata secunda †

LXXXV.

an. 959. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quinquagesimo primo sed et romano magno imperatore eius filio anno quartodecimo. die sexta decima mensis augusti indictione secunda neapoli: Certum est me maria honesta femina filia quondam domini iohanni cum consensu domini mastali anacli filius viri mei: A presenti die promitto tivi domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi propter quod tu una cum consensu et voluntate cuncte congregationis monachorum memorati sancti et venerabilis tui monasterii: mihi rendidistis dispositum quod vos habuistitis quod fecit quondam dominus anastasius primarius thius meus: ut omnem licerem et pertinentia vestra exinde in mea meisque heredibus sint potestatem quidquid exinde facere voluero: Ideoque et ego memorata maria cum consensum memorati domini mastali anacli filius viri mei dedi et tradidi vobis Idest integra una terra que nominatur lamma maiore posita in pausilippo qui fuit de portione domine mariae exadelfa mea filia nominati domini anastasii primarii et ea tetigit a me ipsa per merisse divisionis quam ego habeo: et est coniuncta memorata lamma maiore que vobis dedi cum alia lamma mea pictula que in mea reservavi potestate sicuti inter se egripus exfinat: Insuper dedi et tradidi vobis et una tertia de alia terra que vocatur campertum qui fuit de portione memorate marie exadelfa germana mea posita ibi ipsum in pausilippum hoc est per traversum divisum hoc est a parte de terra mea que vocatur cupelle sicuti inter se sepis exfinat: unde reliquas duas partes mensuratum ad equale mensura in mea memorate marie illos reservavi potestate quidquid exinde facere voluero: et de uno latere ad ambe memorate sorti mee: et ad memorata tertia vestra que vobis dedi ut super legitur coheret portio mea ex ipsa terra que vocatur campertum qui me memorata maria tetigit per merisse divisionis a memorata maria exadelfa germana mea: et a presenti die et deinceps inclita memorata terra que nominatur lamma maiore. et memorata tertia de memorata terra que nominatur campertum qui fuit de portione memorate marie exadelfa germana mea que vobis dedi ut super legitur una

cum arboribus seu introita sua et omnibus sivi pertinentibus in vestra vestrisque posteris sint potestate queque exinde facere volueritis : et neque a me memorata maria honesta femina cum consensum memorati viri mei neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos memorato domino sergio venerabili igumeno aut memorata sancta et venerabilis vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii aut posteris vestris quod absit abeatis exinde aliquando requisitionem aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus : Insuper stetit inter nobis ut omni homine qui vobis vel at posteris vestris de memorata terra que vocatur lamma maiore aut de memorata tertia de memorata terra que nominatur campertum qui fuit de portione memorate marie exadelfa mea que ego vobis dedi ut super legitur vobis exinde tollere voluerit : tunc omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris illos antestare et defensare debeamus : absque si aliquis exinde via habere voluerit vos vobis illos omni tempore contendere debeatis et ego et heredes meis de ipsa via indemnis et securi maneamus : excepto si de memoratas terras perdideritis clara facta veritate ut super legitur sine omni vestro colludio tunc at mensura per passi alium tantum vobis dare debeamus de memorata terra mea quia sic inter nobis stetit : Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis tunc compono ego et heredes meis vobis posterisque vestris auri solidos viginti bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus gregorii curialis et scriniarii per memorata secunda indictione †

hoc signum † manus memorate marie cum consensu memorati mastali anacli filius viri sui ego pro eis subscripsi † et oc memorata sum quia de propria causa vestra superiunxistitis mihi auri solidos quimque bythianteos in cantum sicut inter nobis comvenit †

† ego stefanus filius domini leoni rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis et scriniarius Complevi per memorata secunda indictione †

LXXXVI.

an. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino
959. nostro Constantino magno Imperatore anno quinquagesimo secundo sed et romano magno Imperatore eius filio anno quintodecimo. die vicesima octaba mensis nobembrii indictione tertia neapoli; Certum est me eupraxia honesta femina filia quondam domini gregorii una cum consensu domini iohanni viri mei: A presenti die promtissima voluntate venundedi et tradidi tibi domino andrea presbitero custus ecclesia sancti castrense de maranu et mari presenti : Idest una integra portione mea de fundum positum in anglata quantum mihi obbenit per chartula da rotunda et gregorio viro suo una cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus et coheret sivi memoratum fundum ab uno latere parte meridiei ribus : et de alio latere parte septemptrionis coheret via publica et extenditur ibidem de latitudine passi tres at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie et de longitudine quantum est et de uno capite parte orientis coheret portio ex ipsum fundum qui est de germanis meis : et de alio capite coheret fundum iohannis caputi : unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi : set av odierna die et deinceps iamdicta memorata portio mea de memoratum fundum una cum omnia et omnibus sivi pertinentibus quatenus vobis illos per memoratas coherentias insinuavimus sicut super legitur a nobis vobis sit venundatum et traditum in bestra vestrisque heredibus sint potestate quidquid exinde facere volueritis liberam abeatis potestate ; et neque a me memorata eupraxia honesta femina neque a meis heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore numquam bos aut heredes vestris quod absit abeatis exinde requisitione per nullum modum in perpetuum : Insuper omni tempore ego et heredes meis vobis vestrisque heredibus exinde ab omni homine omnique personis antestare et defensare debeamus propter quod accepi a vos idest auri solidos quatuor bythianteos : verumtamen stetit inter nobis ut quandoque ego et heredes meis vobis vestrisque heredibus ad antestandum venerimus tunc vos nobis dare debeatis ista chartula quam vobis dedi quam nobis fecit rotunda et gregorio membranis scripta at finem faciendum et postea vobis illas retdamus : Si autem nos aut heredes nostris

aliter fecerimus tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos decem bythianteos et hec chartula sit firma scripta per manus iohanni curialis per nominata indictione

hoc signum † manus memorata eupraxia cum consensu memorati viri sui quod ego qui memoratos pro ei subscripsi et memoratos solidos confessus percepisse †

† ΕΓΟ ΜΑΡΙΝΤC ΦΙΛΙΤC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΤC Α CCTA ΙΤΓΑΛ ΤΕCΤΙ CΤΒ ΕΤ CCTO COΛ ΚΟΝΦ ΠΚΕΠΙCΕ †

† Ego gregorius curialis rogatus a memoratos iugales testi subscripsi et memoratos solidos confessus percepisse †

† ego petrus filius domini basilii rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per nominata indictione †

LXXXVII.

an. 960. † In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi Imperante domino nostro Constantino porfirogenito magno Imperatore anno quinquagesimo secundo sed et romano magno imperatore eius filio anno quintodecimo. Die quinta mensis februarii indictione tertia neapoli: Certum est me stephanum qui super nomen mannocci filium quondam mauri de loco qui vocatur pumilianum massa atellana. A presenti die promtissima voluntate promitto vobis domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. propter integrum fundum vestrum constitutum in eodem loco pumilianum una cum duodecim petias de terras ex eo pertinentes tres bero petias quas vocantur in campo de muro quarta petia que vocatur in orbeta. quinta que vocatur cesanoba sexta que appellatur ad silva de campum. septima appellatur ad lamma de miana. octaba ad badum de miana. et tres nominantur in biccianum. duodecima que vocatur in campum domni cum at illum sorbu utrasque una cum introitas earum omnibusque eis pertinentibus. quas mihi meisque heredibus dedistis at lavorandum et detinendum. In eo enim tenore ut ego et heredes meis memoratum fundum cum memoratas tres terras que nominantur in campo de muro et memorata terra que vocatur in campu domni cum at illu sorbum omni annuo apto tempore bene diligenter lavorare et exscolere seu ad meliorem cultum perducere promittimus in omnibus cum vobes nostros et conciaturia seu operarios et supta vel omnia expensa caucumminas et vites quantas sufficerint in memoratas quatuor terras omni annuo ibidem ponere et plantare promittimus et de nostra sementes eas seminare omnia et in omnibus quidquid omni annuo ibi necessum fuerit et indiguerit ego et heredes meis illud peragere debeamus. et quodcumque in memoratum fundum et in memoratas duodecim terras mihi meisque heredibus omni annuo deus dederit in quolibet seminatus et in ipsum arbustus qui in memoratas quatuor terras fecerimus super nos illud recolligere et habere debeamus ha nunc et donec ibi non fecerimus vinum mustum mundum ornas decem et nullam partem vos aut posteris vestris nobis exinde

non queratis. tantummodo ego et heredes meis vobis posterisque vestris exinde omni annuo terraticum dare debeamus triticum bonum et siccum modias tredecim tractum et mensuratum intus nominato vestro monasterio at modium iustum de commedendum absque omni vestra ammaricatione nulla vobis mittentes hoccansionem quousque memoratum vinum ornas decem ibi non fecerimus. et quantum domino deo placueris et in memoratas quatuor terras fecerimus memoratum vinum ornas decem a tunc omnia que in memoratum fundum et in memoratas quatuor terras et in arbustus eius omni annuo deus dederit per sex uncias inter nobis dividere debeamus vos et posteris vestris exinde percipiatis medietate et ego et heredes mei similiter alia medietate excepto de mileum et fasiolis perficiamus a tunc inter nobis sicuti ceteris hominibus de memorato loco cum portionariis suis et a tunc sementes et mercedes de operarios at metere et triturare quamque at vindemniare de communiter omni annuo demus et pargiemus. excepto una persona de nos que non exinde pargiemus et a tunc de portione vestra ex ipsum vinum omni annuo vobis posterisque vestris exinde trahere debeamus tractoria una carraricia gratis intus memorato vestro monasterio. reliquum autem vinum ex ipsa portione vestra vos vobis faciatis exinde trahere preter omni annuo vobis eum conserbare debeamus in organea nostra dies quatuor. Insuper portione vestra ex ipsum omnes victus a tunc ego et heredes meis vobis posterisque vestris omni annuo exinde trahere debeamus gratis usque intus eodem vestro monasterio et a tunc quandoque tempore ibidem at recolligendum direxeritis duas personas vobis enutrire debeamus ut iustum fuerit: De autem memorate nominatibe alie octo terre stetit nobis et firmamus ut a tunc ego et heredes meis omni annuo super nos eas frugiare debeamus. tantummodo vobis posterisque vestris omni annuo exinde terraticum dare debeamus quantum ex ipsa tridecim modia exinde per ratiocineas tetigeris dandi iterum bonum et siccum triticum tractum et mensuratum intus eodem vestro monasterio de modium iustum de commedendum. et nullatenus presummetis vos aut posteris vestris memoratum fundum cum memoratas duodecim terras ex eo pertinentes ut super legitur mihi meisque heredibus tollere per nullum modum nec per summissis personis nos bene lavorantes et adimplentes omnia memorata. Quia ita nobis complacui: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore

contra hanc chartulam promissionis ut super legitur venire presumserimus per quovis modum aut summissis personas tunc componimus vobis posterisque vestris auri solidos viginti bythianteos et hec chartula qualiter continet sit firma : scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata tertia †

Hoc signum † manus memorati stephani qui super nomen mannocci quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego cesarius filius domini iohannis rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini cesarii rogatus a suprascripto stefano testis subscripsi †

†. Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per indictione supradicta tertia †

LXXXVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino porfirogenito magno Imperatore anno quinquagesimo secundo sed et romano magno imperatore eius filio anno quintodecimo. Die sexta decima mensis martii indictione tertia neapoli. *Disponere itaque visa sum ego maria* qui supra nomen gemma filia quondam.......... domine gregoriae iugalium personarum una cum voluntate presenti gregorii isabri viri mei. De omne *mea atque viri mei* hereditate seu substantia que modo habemus qualiter inferius iudicavero firmum et stavile *permaneat in perpetuum primum* omnium dispono ut dent memoratus vir meus pro anima mea de memorata mea substantia. Idest......... per manus igumeni qui tunc in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta .... iohanni herarii exadelfi mei *distribuant* eos pro anima mea in hoc hordine in primis.................. presbiteris et monachis singulos tari et ipse ygumenus habeat sivi ex eos tari tres. ad cyra pitru tare unum ad..... germāna mea tare unum ad leontu tare unum ad sparanum compatri meo tare unum in chartula ecclesie sancti nikolaus tare unum in illu sabanum tare unum. et nunc confiteor me quia manibus meis dedi pro anima mea auri tari quatuordecim: reliquas vero omnem meam et memorati viri mei hereditate seu substantia que modo habemus intus et foris omnibusque. eis pertinentibus sit de memorato gregorio isabro viro meo et de quidem anna filia nostra et dividant sivi illud inter se per sex uncias. et ipsas sexuncias memorati viri meis exinde in eius sit potestate queque exinde facere voluerit. et ipsas sexuncias memorate filie meae exinde similiter in eiusdem filie meae sit potestatem queque exinde facere voluerit: set si ipsa filia mea ovierit sine heredes vel absque dispositum tunc memoratas sexuncias suas rebertantur et sit offertum pro mea pariterque ipsius anime in memorato monasterio sanctorum theodori et sebastiani. Ita et *si ipse* vir meus ovierit sine heredes vel absque dispositum tunc similiter memoratas sexuncias suas exinde rebertantur et sit offertum pro mea et sua anime in memorato monasterio sanctorum theodori et sebastiani: Dispono in quid stagnatum meum ut sit de memorata filia mea super par-

an. 960.

tem si in obsequia mea non benerit ille clero et si ipse clero benerit in obsequia mea tunc ipse igumenus et memoratus iohannes herarius exadelfo meo distributoribus meis venundetur memoratum stagnatum et pargientur ipsum clerum. Habeat sancta neapolitana ecclesia pro luminaria absque iniuria tremisse unum neapolitanum : Si quis autem de heredibus meis aut alia quavis personas quovis tempore contra huc meum firmissimum dispositum ut super legitur venire presumpserit et in quovis capitulum irritum vel bacuum eum facere quesierit per se aut per summissas personas. tunc componat ipse et heredes eius ad partem qui huc meum obserbaverit dispositum eiusque heredibus auri libra una bythiantea. et hec meum dispositum qualiter continet firmum permaneat imperpetuum : scriptum quoque per manum iohannis curialis scribere rogatus per indictione memorata tertia †

Hoc signum † manus memorate mariae qui supra nomen gemme cum voluntate memorati gregorii isabri viri sui qui omnia memorata consentierunt et testes ut subscriberent rogaverunt quod ego qui memoratos ab eis rogitus pro eis subscripsi †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΜΑΤΡΟΝΙ ΚΟΜ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟC ΙΟΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟC ΙΟΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per indictione memorata tertia †

LXXXIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino an.
nostro Constantino magno Imperatore anno quinquagesimo secundo. sed et romano 960.
magno imperatore eius filio anno quintodecimo die quarta mensis aprilis indictione tertia neapoli : Certum est me gregorium et petrum germanis filiis quondam veneri de loco qui vocatur casa ferrea territorium paludanum: A presenti die promittimus tibi domino gregorio umilis presbytero custus ecclesie sancti eufimi: *Idest* inclitas duas petias de terras iuri memorate ecclesie una ex ea que vocatur nuce de turandum et memorata alia petia similiter nominatur nuce de turandum posita in memorato loco cum arvoribus et introitas suas et omnibus eis pertinentibus : qui coheret sivi de uno latere ab una ex ea terra domini iohannis armagaudium. et de alio latere terra de illi acciapaccia. et de amvos capites via publica : et memorata alia terra abet fines de amvos latere terra domini iohanni armagaudium. et de uno capite terra de illi voffa et ex alio capite terra de illi demastalum : quas tu nobis nostrisque heredibus dedistis illas in colligio at lavorandum et detinendum. In eo tenore ut nos et heredes nostris deveamus illas omni annuo apto tempore subtus et super vene et diligenter lavorare et excolere et at meliorem cultum perducere in omnibus ut expedit cum nostros voves et conciaturias et operarios et supta vel omnia expensa. et caucumena et vites ibidem per annuo apto tempore ponere et plantare promittimus quantas per annuo ibidem necessa fuerit : et quotcumque ibidem per annuo nobis deus dederis in quobis seminatum inter nobis illut ad area dividere deveamus in oc hordine nos exinde tollere deveamus partes tres et tu et posteris tuis modium unum : et quotcumque ibidem nobis per annuo deus dederis de superius per sex uncias inter nobis illut dividere deveamus nos exinde percipiamus uncias sex et tu et posteris tuis similiter percipiatis exinde uncias sex. et portio vestra que vos exinde tetigerit de inferius nos vobis trahere deveamus usque ante regia memorate ecclesie vestre. et ipsas sex uncias vestras de memoratum vinum tu et posteris tuis vos vobis trahere deveatis qualiter et quomodo potueritis set in organiis nostris vobis nos illum serbare deveamus usque in dies octo. et omnes hoperarios et semente de ipsum

seminatum nos de ipsa portio nostra pargiare deveamus. et si te oportuerit nobis dare ipsum picciolum quale iustum fuerit ad saccapanna faciendum ipsos hoperarios qui bendemiaveris de ipsa sexuncias nostras nos eis pargiare deveamus. et si nobis memoratum picciolum non dederitis memoratis operariis qui bendemiaveris de commune pargiare deveamus: et quandoque illuc at recolligendum direxeritis una persona vestra et caballum vestrum nutrire nos deveamus ut iustum fuerit: et nullo modo presumetis tu vel posteris tuis memoratas terras nobis nostrisque heredibus tollere per nullum modum vene et diligenter nos et heredes nostris lavorantes et adinplentes omnibus memorati ut super legitur quia ita inter nobis stetit: Si autem aliter fecerimus et minime adimpleverimus nos vel heredes nostris de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque posteris auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma: scripta per manus petri curialis scribere rogatus per indictione memorata tertia †

hoc signum † manus memorati gregorii. signum † manus memorati petri germani quod ego qui memoratos pro ei subscripsi †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΝΑCΤΑCΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCTOC ΓΕΡΜΑΝΟC ΤΕCΤΙ COΥΒ †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCTOC ΓΕΡΜΑΝΟC ΤΕCΤΙ COΥΒ †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΕΡΓΙΙ ΜΟΝ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCTOC ΓΕΡΜΑΝΟC ΤΕCΤΙ COΥΒ †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata tertia †

XC.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno quinquagesimo secundo sed et romano magno Imperatore eius filio anno quintodecimo die prima mensis iunii indictione tertia neapoli: Certum est me leone presbitero filio quondam petri qui nominatur carangi. custo ecclesie sancti petri christi apostoli posita at paternum: a presenti die promitto tibi domine pitru honesta femina filia quondam domini Kampuli conius quondam domini stephani monachi: propter quod tu me custodem ordinasti integra portione tua de memorata ecclesia sancti petri una cum integra portione tua de omnibus rebus et abitationibus seu substantiis ipsius dicte memorate portionis tue ex ipsa ecclesia pertinentes ut totius vite meae ego ibidem abitare et residere et omnem officium sacerdotalem die noctuque facere et in ipsa ecclesia edificare sicut ipsa chartula mea continet: quam mihi una cum aliis domniniis ex ipsa ecclesia fecistis. idque et inde repromitto tibi ut ego totius vite meae tibi tuisque heredibus exinde atducere debeamus omni anno pro natibitate domini nostri ihesu christi oblatas parium unum et ciri unum et pro sanctum pasce similiter hoblatas parium unum et ciri unum asque: omni amaricatione. et post meum transitum ipsa portio tua de memorata ecclesia una cum omnibus sivi pertinentibus ut super legitur in tua tuisque: heredibus rebertant potestate cuius iure esse videtur: quia ita nobis stetit: si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego vice meae tibi tuisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma: scripta per manus iohannis tabularii per memorata indictione an. 960.

† ego leo filius domini iohannis rogatus a suprascripto leo presbitero testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascripto leo presbitero testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini petri rogatus a suprascripto leo presbitero testi subscripsi †

† Ego iohannes tabularius curie huius civitatis neapolis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi per memorata tertia Indictione †

XCI.

an. 960. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Constantino porfirogenito magno Imperatore anno quinquagesimo secundo. sed et romano magno imperatore eius filio anno quintodecimo. Die vicesimasexta mensis augusti indictione tertia neapoli : Horta est itaque intentio inter me aligernum filium quondam domini athalarici. et vos videlicet domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. De intentionem quem inter nobis habuimus propter via quem queris habere ad casalem vestrum qui vocatur lauritum positum vero in putheolim per duabus corrigias de terras meas et per terre de ceteris hominibus et per caba quibus memorata caba detinet capite in fundum vestrum et hab uno latere parte horientis est terra mea et terra vestra. de alio latere parte hoccidentis similiter terra mea et terra vestra et terra hominibus inde ipsum de putheolim. quem bero memorata via est ad mensura de latitudine in omni loco pedes nobem ad manum virile et ea per termines exegregastis a partes horientis et hoccidentis. quibus ex ipsis terminis sunt in una ex ipse corrigie meae terminis sex. et in ipsa alia corrigia mea sunt termines duos. De qua dicebat pars vestra ut quem vos que antecessoribus vestris quem autoribus vestris ad predictum casalem vestrum qui vocatur lauritum habuissetis memorata via qualiter per memoratos termines et per ipsa mensura exegregastis ecce per quadragintam annos. pars autem meam asserebat ut ita non esset set per vestrum habuissetis via in eodem casalem vestrum. et dum multum exinde inter nos intentio berteretur perreximus ibi ambas partes cum noviliores homines et monstravimus vobis locum per vestrum unde ibi haberetis via et dum ipsis noviliores homines viderunt ipsum locum pendulum dixerunt ut non baleret inde carro ascendere aut descendere et tribuerunt nobis iudicium ut persona de uno monacho vestro mihi prebere sacramentum dicentes mihi ut quem vos que antecessoribus vestris quem autoribus vestris habuissetis ad predictum casalem vestrum memorata via qualiter superius ea exegregastis per ipsos termines et per ipsa mensura per quadragintam annos ego autem

ponere vobis exinde securitate : nunc autem in presenti recepi a persona ipsius unius monachi vestri memoratum sacramentum et definivi exinde vobiscum in omnibus. ut av odierna die neque a me memorato aligerno neque a meis heredibus nullo tempore pro memorata via qualiter superius per ipsos termines et per ipsa mensura exegregastis usque. ad predictum casalem vestrum quod absit habeatis vos memorato domino sergio venerabili igumeno aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis vobis posterisque vestris pro memorata via quantum per meum vadit omnibus consortibus meis et eorum heredibus desuper tollere promittimus nulla vobis mittentes hoccansionem. quia ita inter nobis iudicatum est. Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam securitatis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque. vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos trigintasex bythianteos. et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis scribere rogavi per indictione memorata tertia †

hoc signum † manus memorati aligerni quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ΕΓΟ ΜΑΡΙΝΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΘΕΟΦΙΛΑΚΤΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΚΕϹΑΡΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata tertia †

XCII.

an. 960. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno quintodecimo. sed et basilio magno imperatore eius filio anno primo. Die sexta mensis septembrii indictione quarta neapoli. Adibere itaque visus fuit quondam dominus leo vir meus videlicet anna religiosa femina filia quondam domini iohanni monachi. tibi videlicet drosu qui supra nomen maria dilecta nepoti mea filia quondam vone memorie domini leoni kaietani cognati mei coniux presenti domini maraldi langobardi. idest auri solidi viginti unum bythianteos in cantum pro portione sua suprascripti domini leoni viri mei. de auri solidos quadraginta duos bythianteos. quem quondam domina maria avia tua suprascripta drosu prestavit ad quondam domina eupraxia honesta femina socera mea. pro quibus placuit adque combenit inter nobis: et a die presentis dedi et tradidi tibi pro suprascriptis viginti unum auri solidos bythianteos in cantum. Idest integra medietate que fuit suprascripti viri mei ex integra una terra posita vero ad sanctum donatum ad felice quem detinet marinus de iohanne de curilianum. una cum arboribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitum suum omnibusque sivi pertinentibus. qui indivisus reiacet cum alia medietate que tibi dedi de aligerno cognato meo. Coherente sivi insimul suprascripta terra hab uno capite parte horientis terra sancti benedicti. et habet ibi de latitudine passi viginti et de alio capite parte occidentis via publica et habet ibi de latitudine de fravia passi quadragintadui. de uno latere parte meridiana est via publica et abet de longitudine passi centumvigintitres secus iam dicta via. et quomodo volbit in gamma a parte septemtrionis iuxta terra maraldi et de consortibus suis et abet ibi passi viginti quatuor et abinde iterum volbit in parte horientis et sunt passi quinquagintaseptem. et ex alio latere parte septemtrionis terra heredum quondam domini landelpandi et habet de longitudine passi centumoctuaginta, insimul vero suprascripti passi sunt mensurati ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesie. de qua nihil mihi ex ipsa medietate ex ipsa integra terra aliquod remansit aut reserbavi nec in alienam personam commisi potestate. et a nunc deinceps a me tibi sit data et tradita in tua

tuisque heredibus sit potestate queque exinde facere volueritis. et neque a me suprascripta anna religiosa femina neque a meis heredibus nullo tempore nunquam tu suprascripta drosu qui supra nomen maria dilecta nepoti mee aut heredes tuis quod absit habeatis exinde aliquando quacunque requesitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis a nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis tibi tuisque heredibus suprascripta medietate mea qui fuit suprascripti viri mei ex ipsa terra ut super legitur ab omnis omine omnique persona in omnibus antestare et defensare promittimus imperpetuum eo quod mihi meisque heredibus dimisistis suprascriptos viginti unum auri solidos bythianteos in omnem decisionem seu deliberatione quia ita inter nobis combenit: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanç chartulam ut super legitur venire presumpserimus et minime adimpleberimus hec omnia suprascripta per quolibet modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos quinquaginta bythianteos: et hec chartula ut super legitur sit firma. scripta per manum iohanni scriptoris discipulo domini gregorii primarii scribere rogavi die et indictione suprascripta quarta †

hoc signum † manum suprascripte anne religiosa femina quod ego qui suprascriptos ab eas rogitus pro eas subscripsi †

† ego iohannes filius domini leoni rogatus a suprascripta anna testi subscripsi †

† ego sergius filius domini ursi rogatus a suprascripta anna testi subscripsi †

† ego iohannes medicus rogatus a suprascripta anna testi subscripsi †

† ego gregorius primarius huius civitatis neapolis post subscriptionem testium et suprascripti iohannis scriptoris discipuli mei manum mea propria Complevi et absolvi die et indictione suprascripta quarta †

XCIII.

an. 960. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Romano magno Imperatore anno sextodecimo sed et basilio magno imperatore eius filio anno primo: die vicesima mensis octobrii indictione quarta neapoli: Definivi ego adelgisi langubardus filium quondam domini lamberti langubardi benèbentani: vobiscum denique stephano filio domini leoni et pitru honesta femina filio domini campuli hoc est iugales: de intentione quam inter nos abuimus propter campora una cum fundoras et pischinis seu putea et cum arvoribus et introitas earum et omnibus eis generaliter et in integro *pertinentibus* positi vero in loco qui nominatur amulianum. quod sunnominatiba campora: In *primis* campum qui nominatur de caucuursum et campum qui nominatur castanietum una cum....... terula in uno coniunctum: seu et campum qui nominatur teborola quamque campum qui nominatur pitrusum una cum ipsum fundum in uno coniunctum seu et alium campum qui nominatur tebora. et alium campum qui nominatur kaballani. et sex campora qui sunt in uno coniunta. primum campum qui nominatur anellara una cum ipsa fundora coniunta. seu et alium campum qui nominatur giniolo: et campum qui nominatur magene: et campum qui nominatur cera donati seu et alium campum qui est iusta ecclesia distenta sancti ianuarii et alium campum qui ponitur ibi ipsum at sanctum ianuarium una cum ipsa fundora in uno coniunta : seu et alium campum qui nominatur tursinianum et alium campum qui nominatur butrinianum. hec autem memorata campora cum ipsa fundora sicuti ex omni parte termines et signates exfinad insimul cum arvoribus et cum putea sua et pischinis et cum introitas earum et omnibus eis generaliter et in integro pertinentibus unde vos quesivimus dicendo pars mea adversus vos quia memorata fundora et memorata campora nostra propria sunt et mihi pertinet a parti militie et langubardorum. et ego una cum dominum lambertum germanum meum illos tenuimus et dominavimus pro parti militie et langubardorum : pars autem vestra dicebad ut non esset ita quod memorata fundora et memorata campora ex ipsa fundora pertinentes propria vestra siad. set in memorata fundoras et in memorata campora avemus medietate pro parti nostre mi-

litie. et nos et memorato domino càmpulo socero et genitori nostro illos dominavimus a parte militie. et vos una cum gari langubardo illos dominastitis pro partibus langubardorum: Unde multum litigium exinde inter nos abuimus nunc autem iudicatum est exindè inter nobis ut iurare mihi pars vestra et dicere per sacramentum quod vos et memorato socero et genitori vestro una mecum et cum memorato domino lamberto germano meo et cum memorato gari langubardo illos dominastitis vos pro parti militie et nos pro parte langubardorum poneremus vobis de medietate de memorata campora et de memorata fundora pro parte vestre militie securitate. et qui in presentis recepi a parte vestra memorata sacramenta dicente nobis ut superius atseruistitis et definivi exinde vobiscum et cum heredes vestris in omnibus et amodo et semper nunquam presumimus nos aut heredes nostris nec abeamus licentiam aliquando tempore vos aut heredibus vestris memorata medietate vestra de memorata fundora et de memorata campora pro parti militie vestre per nullum modum nec per summissis personis in perpetuum aut vobis vel at vestris heredibus..... vestra pro parti militie contremus per nullum modum nec per summissis personis quia sic inter nobis stetit: si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quovis modum aut per summissis personis tunc compono ego et heredes meis vobis vestrisque heredibus auri libra una bythiantea et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus petri scriptoris discipulo domini gregorii curiali et scriniarii scribere rogatus et testes ut subscriberent rogatus per memorata quarta indictione †

† ego qui supra adelgisi

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascripto adelgisi testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascripto adelgisi testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ CΕΓΙΙ ΜΟΝ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCΤΟ ΑΔΑΓΙCΙ ΤΕCΤΙ CΟΤΒ †

† Ego gregorius curialis et scriniarius Complevi per memorata quarta indictione

XCIV.

an. 961. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno sextodecimo. sed et basilio magno imperatore eius filio anno primo. Die vicesima quinta mensis augusti indictione quarta neapoli. Certum est me anna humilem monacha filia quondam domini niceta et quondam domine theodonande honeste femine iugalium personarum A presenti die promptissima voluntate pro domini ammore et redemptionis anime mee offero et trado vobis domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio beatorum theodori et sebastiani qui appellatur casa picta situm in viridario et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. IDest integra portione memorate genitrici mee ex integrum casalem situm in loco qui vocatur quarto pittulum quod est foris flubeum vel ubicumque foris flubeum habere videor insimul cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas earum omnibusque eis generaliter pertinentibus qui indivisa reiacet cum portionibus heredes quondam domini iohanni et domine megalu honeste femine germanis thiis meis. De qua nihil mihi exinde remansit aut reservavi nec in aliena persona commisi potestatem : et ha nunc et deinceps in vestra vestrisque posteris sint potestate queque exinde facere volueritis. et neque a me memorata anna monacha neque a meis heredibus nullo tempore nunquam vos memoratus dominus sergius venerabilis igumenus aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Quia ita mihi complacui : Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam offertionis ut super legitur venire presumpserimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos : et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohannis curialis per indictione memorata quarta †

Hoc signum † manus memorate anne monacha quod ego qui memoratos ab ea rogitus pro ea subscripsi †

† ΕΓΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΒΟΝΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΑ ΑΝΝΑ ΜΟΝ ΤΕCΤΙ COΥΒ †

† ego theodorus filius domini aligerni rogatus a suprascripta anna monacha testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascripta anna monacha testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata quarta †

XCV.

Christe fave opitale domine noster.

an. 961. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno septimo decimo: sed et basilio magno imperatore eius filio anno secundo: die tricesima mensis nobembrii indictione quinta neapoli: Certum est me iohannem liverum postarium cui supra nomen surrentinum cui nomen patris mei nescio: A presenti die promptissima voluntatem hoffero et trado in salutifera chartula Congregationis de *ecclesia sancti* petri principis apostolorum situm ad media. Idest integra una terra mea arbustatam una cum intersicum suum posita in loco qui nominatur planuria maiorem ad sanctum donatum de quantum et quomodo comparatum abeo a quondam domina maru honesta femina relicta autem quidem domini Iohannis cui supra nomen bascrani: per chartulam comparationis memvranis scripta sicut autem ipsa chartula mea continet et insimul coheret sivi memorata terra mea cum memoratum suum intersicum ab uno latere a partem orientis. seu et de uno capite a partem meridiei terra sancte neapolitane ecclesie sicuti inter se ter definat termines et de alio latere a partem occidentis coheret terra heredum domini gregorii tribuni brancatii sicuti inter se ibidem alios termines exfinat. et ex alio capite a partem septentrionis coheret terra heredum domini sergii qui nominatur de sicule sicuti inter se duos terminis exfinat: unde nihil mihi exinde de memorata integra terra mea arbustatas .... iam nominatum intersicum suum ut super legitur simul et una cum arboribus fructiferis. vel infructiferis. seu et una cum introitum suum et omnibus sivi generaliter. et in integros pertinentibus ut super legitur quatenus et per memoratas veros coherentias sicut autem memorata chartula comparationis mee continet una cum omnia et in omnibus sivi generaliter et in integros pertinentibus ut super legitur que sit autem illos a die presentis offertum et traditum pro anima mea in memorata salutifera chartula congregationis de memorata ecclesia sancti petri ad abendum illos in sempiternum. pro autem mea commemorationem tam quam

si meis heredibus fuissent de semen meum creatis. et in eorum de memoratas congregationes de memorata salutiferas chartulas de memorata ecclesia sit in potestate quicquid exinde facere volueritis : set tantummodo omnis frugum quem ibidem in memoratas integras terra mea ut super legitur deus dederint de inferius et superius omnis annue in mea sit potestate cunctis diebus vite mee : Set autem post vero meum transitum tunc omnia et in omnibus revertantur et sit offertum et traditum in memorata salutifera chartula congregationis de memorate ecclesie ad abendum illos in sempiternum ut super legitur sine omnis minuitatem : set insuper et si quavis temporem ipsius sacerdotes de memoratas congregationes de memoratas salutifiras chartulas de memorata ecclesia hec autem memorata integra terra mea ut super legitur cum omnibus sivi pertinentibus qualiter superius legitur illos ad vendere abueris per quovis modum tunc autem illos nullis alias personas extraneas eos vendere deveas per nullum modum. nisi tantum ad heredibus propriis de memorata domina maru honesta femina relicta quidem memoratis domini iohannis cui supra nomen bascrani qui fuerunt venditoris meis in pretium ut autem memorata integras terra mea cum omnibus sivi pertinentibus ut super legitur adpretiata fueris a christianissimis viris sicut autem memorata chartula mea continet si eum emerent voluerint: et si autem illos emere voluerint quavis de propriis heredibus de memorata domina maru honesta femina relicta memoratis iohannis bascrani qualiter continet memorata chartula per quovis modum tunc autem licentiam et potestatem abeas ipsius sacerdotes qui dies noctuque. officium fecerint in memorata salutiferas chartula de memoratas ecclesia illos vendere et dare cui voluerint. set autem pretium quod exinde de memoratas integras terra mea cum omnibus sivi pertinentibus ut super legitur tulerint per quovis modum. tunc autem omni temporem ad bicem emmere deveas ipsis sacerdotes de memorata iam nominata congregationem de memoratas salutifera chartula de memorata ecclesia alia terra in memorata salutifera chartula de memorata ecclesia ad abendum illos in sempiternum pro anima mea et mea autem commemoratione: Insuper autem placuit mihi et si quavis temporem quavis homos exierit qui hec autem omnibus memoratis quantum superius legitur illos hec omnia subtrahere voluerit de sub potestatem de memoratas congregationis de memorata salutifera chartula de memorata ecclesia per quovis modum aut per summissis

personis. tunc omni temporem licentiam et potestates abeas cunctis domniniis de memorata vero ecclesia illos hec omnia ut super legitur adprehendere et iterum eum integrum rebocaret in memorata salutiferas chartula de memorata iam nominata ecclesia ad avendum illos in sempiternum pro anima mea quia ita mihi placuit : Si quis autem contra hanc chartulam offertionis ut super legitur venire presumpserit aut in aliquid offensi fueris per quovis modum aut summissis personis tunc componat pars ipsius infidelis et suis heredibus ad partes fides serbantis eiusque heredibus. Idest auri solidos quinquaginta bythianteos in cantum : et chartula offertionis ut super legitur sit firma scripta per manus iohanni scriptoris: disciputo domini gregorii curialis et scriniarii scrivendo rogabi per memorata quinta indictione †

hoc signum † manus memoratis iohannis postarii cui supra nomen surrentini cui nomen patris sui nescio ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΙΩ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥϹ ΦΙΛΙΤΟϹ ΔΝ ΕΥϹΕΒΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΙΟΑΝΝΕ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΙΔΕΜ ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΙΩ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† Ego gregorius Curialis et scriniarius post subscriptionem testium et memorati iohannis scriptoris disciputi mei manu mea propria Complevi et absolvi die et indictione memorata quinta †

XCVI.

† In. nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano porfirogenito magno Imperatore anno septimodecimo: sed et basilio magno imperatore eius filio anno secundo die quarta mensis februarii indictione quinta neapoli: Certum est nos petrum curialem filium quondam domini campuli et sergio cui supra nomen pictulo filio quondam domini iohanni hoc est insimul exadelfis germanis: A presenti die promtissima voluntate Commutabimus et tradidimus vobis domino sergio venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani in loco qui nominatur casapicta situm in viridiario: Idest integra una terra nostra que nominatur binea qui fuit de illa grummusa posita in cambranem territorio plagiense Una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: habente finis a parte orientis coniuncta est cum intersicum nostrum quem vos nobis in comcambio dedistitis quomodo termines exfinat simul et cum reliquum ex ipsum intersicum quem in vestra reserbastitis potestatem et badit ipse intersicus vestro quem in vestra reserbastitis potestatem usque in fine de terra congregationis et ecclesie seberiane quomodo termines exfinat: sic badit rectum in fine de terra memorate ecclesie seberiane: et a parte septemtrionis coheret via publica: et a parte occidentis coheret binea vestra qui fuit de illi de curia: et a parte meridiana coheret terra cesarii filio quondam gentili calli quomodo egripus exfinat: Unde nihil nobis exinde intus memoratas quoherentias aliquod remansit aut reserbauimus nec in alienam cuiusque personam quod absit commisi aut aut iam committimus potestatem: et a presenti die et deinceps prenominata memorata integra terra nostra que nominatur binea qui fuit de illa grumusa posita in memorato loco cambrane territorio plagiense una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus qualiter per memoratas quoherentias exegregavimus ut superius legitur unde nihil nobis intus memoratas quoherentias aliquod remansit ut super legitur a nobis vobis sit Commutata et tradita in vestra vestrisque posteris et de memorato sancto et venerabili vestro monasterio sanctaque vestra congregationem monachorum sit potestatem quidquid

an. 962.

exinde facere volueritis: et neque a nobis memorato petro curiale et sergio cui supra nomen pictulo exadelfis germanis neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos aut posteris vestris aut memorato sancto et venerabili vestro monasterio abeatis exinde aliquando tempore quacumque requisitionem aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: Insuper omni tempore nos et heredibus: nostris vobis vestrisque: heredibus: posteris exinde omnes consortes nostros exinde desuper tollere debeamus: propter quod at bicem in commutationem accepimus a vobis exinde in presentis idest integra terra vestra que nominatur binea matrica posita ibi ipsum in cambaranem una cum memoratum intersicum suum in capite coniunctum et cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: ut in nostra nostrisque: heredibus sint potestate quidquid exinde facere voluerimus sicut ipsa chartula nostra commutationis continet: quia ita nobis stetit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredibus nostris tivi tuisque posteris auri solidos trigintasex bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma: scripta per manus iohanni Curialis per memorata quinta indictione †

hoc signum † manus memorati sergii cui supra nomen pictulo ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi

† ego petrus curialis subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptis germanis testis subscripsi †

† ego iohannes filius domini iohannis rogatus a suprascripto germanis testi subscripsi †

† ego leo filius domini gregorii rogatus a suprascripto germanis testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per memorata quinta indictionem †

XCVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno septimo decimo : sed et basilio magno imperatore eius filio anno secundo. Die vicesimasexta mensis februarii indictione quinta neapoli : Certum est me anna humilem monacha filia quondam domini niceta et quondam domine theodonande honeste femine iugalium personarum : A presenti die promtissima voluntate pro domini ammore et redemptionis anime mee offero et trado vobis domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casa picta situm in viridario et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. IDest integra portione memorate genitrici mee de omnem inmoviliorum hereditate de foris qui ad ea pertinuit per genitoribus suis una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas earum omnibusque. ad memorata portione memorate genitrici mee generaliter pertinentibus qui indivisa reiacet cum portionibus de ceteris consortibus meis. De qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personam commisi potestatem. excepto sex modia per passos mensuratas sicuti consuetudo est mensurare ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesie ubi eas exinde heligere voluero quem in mea reservavi potestatem queque exinde facere voluero : Ita ut ha nunc et deinceps memorata integra portione memorate genitrici mee ex ipsa omnem inmoviliorum hereditate de foris qui ad ea pertinuit per genitoribus suis una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas earum omnibusque. eis pertinentibus unde nihil mihi exinde remansit aut reservavi excepto ipsa sex modia quem mihi exinde reservavi quatenus sicut superius legitur a me vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sint oblatum et traditum ad havendum ibi illud in sempiternum et neque a me memorata anna humilem monacha neque a meis heredibus nullo tempore nunquam vos memoratus dominus sergius venerabilis igumenus aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus :

an. 962.

atamen protesto ut nullatenus presummetis vos aut posteris vestris aliquod de hoc quod superius vobis offerui a potestate et condicione memorati vestri monasteri subtrahere aut alienare per nullum modum et si hoc facere presummeritis tunc licentiam et potestatem habeant proquinquores parentes meis illud appreendere et in eodem monasterio illud rebocare pereanniter. veruntamen ubicumque exinde est olibetus ego illud frugiare debeam vite mee post meum transitum rebertantur in memorato sancto et venerabili vestro monasterio. Quia ita mihi vone voluntatis complacui: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam oblationis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis vestrisque. heredibus auri solidos triginta sex bythianteos: et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum scripta per manus iohannis curialis per indictione memorata quinta †

Hoc signum † manus memorate anne monacha quod ego qui memoratos ab ea rogitus pro ea subscripsi †.

† ego theofilatus filius domini stefani rogatus a suprascripta anna monacha testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascripta anna monacha testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΤC ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ ΑΛΙΓΕΡΝΙ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCTΑ ΑΝΝΑ ΜΟΝ ΤΕCΤΙ COΤΒ †

† Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per indictione memorata quinta †

XCVIIJ.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno septimo decimo. sed et basilio magno imperatore eius filio anno secundo. Die quarta mensis augusti indictione quinta neapoli: Certum est me petrum monachum filium quondam stauracii farricelli: A presenti die promptissima voluntate promitto vobis domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani: qui appellatur casa picta situm in viridario eo quod tu me in memorato vestro monasterio recipere et havere spopondistis et tu et posteris tuis diebus vite mee me enutrire et bestire seu calceare sicuti ceteris monachis vestri cenobiati: IDeoque et ego promitto vobis a nunc et omnibus diebus vite mee in memorato vestro monasterio essere et tibi posterisque tuis in obedientia et in serbitio esse promitto ut sancta regula beati basilii docet et nunquam presummo nec habevo licentiam sine iussione vestra ex ipso vestro monasterio exire set diebus mei sibi finire promitto. et si sine iussione vestra ex ipso vestro monasterio exiero tunc liceat vos per misso vestro me appreendere et in eodem vestro monasterio me reducere et me corripere ut ipsa sancta regula docet. Interea cum voluntate presente heupraxie cognate mee relicta quondam ursi. a die presenti offero et trado vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. IDest integra terra mea que vocatur at illa balnearia posita vero in quarto maiore una cum ipsa balnearia et cum pischina qui in ipsa balnearia esse videtur et cum introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus. Coherente sivi hab uno latere terra leoni filio domini gregorii et terra ecclesie sancte iulianetis sicuti inter se egripus exfinat. et ex alio latere terra memorati vestri monasterii. de uno capite est egripus. de alio capite hortum memorati sancti vestri monasterii in quo est pischina vestra. De qua nihil mihi intus memoratas coherentias aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personam commisi potestatem. et ha nunc et deinceps a me vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sit offerta et tradita in vestra posterisque. vestris sint potestate quidquid exinde facere volueritis. et neque a me memorato petro monacho cum voluntate memorate heupraxie cognate

an. 962.

mee neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memoratus domino sergio venerabili igumeno aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Quia ita nobis complacui: Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartula promissionis offertionisque. ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque. vestris memoratoque sancto vestro monasterio auri solidos triginta sex bythianteos. et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum scripta per manus iohannis curialis per indictione memorata quinta †

Hoc signum † manus memorati petri monachi cum voluntate memorate eupraxie cognate sue quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ΕΓΟ ϹΕΡΓΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΗ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΘΙΟ ΕΤ ΝΕΠΟΤΕ ΤΕϹΤΙϹ ϹΟΥΒ †

† ego petrus scriptor rogatus a memorato thio et nepotes testi subscripsi †

† ego petrus filius domini iohannis rogatus a suprascripto thio et nepote testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata quinta †

XCIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno septimodecimo. sed et basilio magno imperatore eius filio anno secundo. Die vicesimaoctaba mensis augusti indictione quinta neapoli: Certum est me benedictum humilem monachum qui in laicatum bonito appellabam: A presenti die promtissima voluntate pro redemtionem et salbationem anime mee offero et trado vobis domino sergio venerabili ygumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. IDest de terra mea posita ad sanctum stephanum ad meiana territorio plagiense hoc est a parte horientis iuxta terra quidem iohanni germani mei qualiter inter se sepis exfinat: et a parte septemtrionis cum terra stauritas plevi memorate ecclesie sancti stephani sicuti inter se finit sepe. et a parte hoccidentis coniunctum est cum reliquum ex ipsa terra quam in mea reservavi potestatem sicuti inter se duos termines finiuntur unum vero termine qui est fictus a parte septemtrionis alium autem a parte meridiana. et ab ipsa meridianam partem coheret terra iuris ecclesie sancte marie de illa spelunca. una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitum suum per curtaneum quem offerui ad stauritas memorate plevi. et per ipsum reliquum quem mihi reservavi insimul a parte septemtrionis iuxta ipsa sepe omnibusque. eis pertinentibus. De qua nihil mihi exinde intus memoratas coherentias aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personam commisi vel amodo iam committo potestatem. et ha nunc et deinceps a me vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sit offertum et traditum in vestra posterisque. vestris sint potestatem queque exinde facere volueritis. et neque a me memorato benedicto monacho qui in laicatum bonito appellabam neque a meis heredibus nullo tempore nunquam vos aut posteris vestris nec memoratus et venerabilis vester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Quia ita mihi complacui: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam offertionis ut super legitur venire presumserimus per quovis

an. 962.

modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque. vestris et in memorato sancto vestro monasterio auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula offertionis qualiter continet firma permaneat imperpetuum: scripta per manus petri scriptoris filio domini iohanni Curialis per indictione memorata quinta †

Hoc signum † manus memorati benedicti monachi qui in laicatum bonito appelam quod ego qui memoratos ab eo rogitus pro eum subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascripto benedicto monacho testi subscripsi †

† ego aligernus filius domini leoni rogatus a suprascripto benedicto monacho testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascripto benedicto monacho testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium et memorati petri scriptoris filii mei Complevi et absolvi per indictione memorata quinta †

C.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno octabo decimo sed et basilio magno imperatore eius filio anno tertio die quartadecima mensis ianuarii indictione sexta neapoli: Certum est me iohannem filium quondam domini petri a presenti die promptissima voluntate: Venundedi et tradidi tivi stephano filio quondam ursi presbiteri. Idest in integro omnem licerem meum de integra una terra que nominatur graniarii sita in maranum quod est campese una cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus qui mihi pertinet de exfundatum qui coheret sivi ab uno latere terra tua et de alio latere coheret terra de illi parti binaccia: et ab uno capite coheret terra de illi pantaleoni. et ex alio capite coheret terra de illi baccarii Unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in alienam cuiusque personam quod absit commisi aut iam committo potestate: et a presenti die et deinceps prenominatum omnem licerem et pertinentia. mea de memorata integra terra que nominatur graniarii sita in maranum quantum mihi exinde pertinet de exfundatum et ex campese una cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus a me tivi sit venundatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestate habendi tenendi bindendi cedendi donandi commutandi seu at tuis heredibus dimittendi seu cultandi et arbustandi vel quidquid exinde facere volueritis av odierna die semper liberam habeatis potestate: et neque a me memorato iohanne neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato stephano aut tuis heredibus quod absit habeatis exinde aliquando requisitionem aut molestia per nullum modum in perpetuum: insuper et ab omni homine omnique persona omni tempore ego et heredes meis tivi tuisque: heredibus ipsa terra mea que mihi pertinet de exfundatum cum omnibus sivi pertinentibus que tivi venundedi ut super legitur in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod accepi a te exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione idest auri tari tres sicut inter nobis comvenit: si autem ego aut heredibus meis contra anc chartulam venditionis ut super legitur venire presumpserimus per quovis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredes meis

an. 963.

tivi tuisque : heredibus auri solidos decem bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus gregorii curialis et scriniarii per memorata sexta indictione †

hoc signum † manus memorati iohannis ego qui memoratos pro eum subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ϹΕΡΓΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΙΩ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ ΕΘ ϹϹΤΙ ΤΑΡΙ ΚΟΝΦ ΠΕΡΚΕΠΙϹϹΕ †.

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΑΝΑϹΤΑϹΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΙΩ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ ΕΤ ϹϹΤΙ ΤΑΡΙ ΚΟΝΦ ΠΕΡΚΕΠΙϹϹΕ †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΙΩ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ ΕΘ ϹϹΤΙ ΤΑΡΙ ΚΟΝΦ ΠΕΡϹΕΠΙϹϹΕ †

† Ego gregorius Curialis et scriniarius post subscriptionem testium Complevi per memorata sexta indictione †

CI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno octabo decimo. sed et basilio magno imperatore eius filio anno tertio. Die vicesima prima mensis februarii indictione sexta neapoli. Horta est itaque intentio inter me iohannem filium quondam sergii qui supra nomen caca in santo pro vice megalu de cinegia. et te videlicet domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. De questione quam apud te facere visus sum. propter terra bacua ubi prius domum fuit sita intus distructo castro lucculano. coherente sivi hab uno latere parte horientis terra bacua unde inter nobis intentionem habemus sicuti inter se parieti exfinat: et ex alio latere parte hoccidentis et de uno capite parte septemptrionis terra mea bacua qui fuit memorate megalu de cinegia. ut finit inter se termine quem posuistis a parte horientis secum in parte hoccidentis in secundo termine ab ipso secundo termine advolvit in parte meridiana in medium parietem ubi fuit regia. a meridiana quoque partem terra vestra bacua unde vobis iam securitate posui. De qua dicebat pars mea quia memorata terra sicuti superius ea exegregavimus fuit ipsius megalu de cinegia cui a vice ego havere videor. pars autem vestra asserebat ut memorata terra sicuti superius ea exegregavimus propria esse de memorato sancto vestro monasterio et quam vos quam pars ipsius vestri monasterii ea tenuistitis et dominastitis per quadraginta annos et memorata megalu de cinegia nec genitor eius ibidem minime habuissent dominationem infra quadragintam annos. In hoc iudicatum est inter nobis ut de sex monachis vestris qualis ego elixero unum ex eis quale vobis placueris mihi prebere sacramentum dicentes mihi qualiter superius asseruistis ego autem ponere vobis exinde securitate: nunc autem in presenti recepi a persona ex ipso monacho vestro memoratum sacramentum et definivi exinde vobiscum in omnibus. et neque a me memorato iohanne neque a meis heredibus nullo tempore pro memorata terra bacua ubi prius domum fuit sita intus ipso distructo castro lucculano sicuti superius ea exegregastis unde nunc vobiscum sacra-

an. 963.

mentaviliter definivi ut super legitur quod absit habeatis vos memorato domino sergio venerabili igumeno aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quacunque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis heredes memorate megalu de cinegia et heredes ipsius genitori sui et personas illas qui pro vice eorum vos exinde quesierit vobis posterisque vestris exinde desuper tollere debeamus nulla vobis mittentes hoccansionem. Quia ita inter nobis iudicatum est: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam securitatis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque. vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos duodecim bythianteos. et hec chartula securitatis qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata sexta †

Hoc signum † manus memorati iohanni quod ego qui memoratos ab eo rogatus pro eum subscripsi †

† ego theodorus filius domini cesarii rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini petri notarii rogatus a memorato iohanne testi subscripsi †

† Ego gregorius filius domini sergii rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi †

CII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno octabo decimo sed et basilio magno imperatore eius filio anno tertio die quarta mensis aprilis indictione sexta neapoli: Certum est me iohannem monachum filium quondam domini gregorii et quondam domina maria honesta femina iugalium personarum: A presenti die promtissima voluntate. pro domini amore et salbationis anime meae: offero et trado vobis domino sergio venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium. et per vos et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio: IDest integrum omnem licerem et pertinentia mea de omnes terras cultas et non cultas quantas et quales habeo in loco qui nominatur circanum territorio cimmitirense: Una cum montis et collis et scapulis et cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum vias et introitas earum et omnibus eis generaliter et in integro pertinentibus pertinente mihi a quondam memorata genitrice mea: Iterum offero et trado vobis et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio a die presentis idest integras sexuncias meas quod est medietatem de integrum fundum et de omnes terras cultas et non cultas et de silvis et de gisternis positis. in loco qui nominatur maranum insimul cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas earum et omnibus eis pertinentibus pertinente mihi a quondam memorata genitrice mea. que vero memoratas integras sexuncias meas quod est medietatem de nostrum integrum fundum et de omnes terras cultas et non cultas et de silbis et de gisternis de memorato loco maranum indivisum reiacent cum reliquas alias similis sexuncias, quod est iterum medietatem quidem eupraxia que super nomen gemma germana coniux quidem domini gregorii cognati mei: De qua nihil mihi ex omnibus memoratis aliquod remansit nec in aliena persona: commisi potestate: Ita ut a nunc et deinceps memoratum integrum omnem licerem et pertinentia mea de memoratas omnes terras cultas et non cultas quantas et quales habeo in memorato loco circanum territorio cimmitirense: una cum montis et collis et scapulis et cum arvoribus fructiferis vel in-

an. 963.

infructiferis et cum bias et introitas earum et omnibus eis generaliter et in integro pertinentibus pertinente mihi a quondam memorata genitrice mea. quamque et memoratas integras sexuncias meas quod est medietatem de memoratum integrum fundum. et de omnes terras cultas et non cultas et de silvis et de gisternis positis in memorato loco maranum: Una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas earum et omnibus eis pertinentibus pertinente mihi a quondam memorata genitrice mea: set ut superius dixi memoratas integras sexuncias quod est medietatem de memoratum integrum fundum et de omnes terras cultas et non cultas et de silbis et gisternis de memorato loco maranum indivisas reiacet cum reliquas alias sexuncias quod est medietatem memorata eupraxia qui supra nomen gemma germana mea: De qua nihil mihi exinde remansit set in integro sicut superius legitur. a me vobis et in memorato sancto vestro monasterio sit offertum et traditum in vestra posterisque vestris sanctoque vestro monasterio sit potestate quidquid exinde facere volueritis: liveram semper habeatis pótestatem: et neque a me memorato iohanne monacho neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos memorato domino sergio venerabili igumeno aut posteris vestris vel memoratus sanctus et venerabilis vester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quamcunque requisitionem aut molestiam a nunc et in perpetuis temporibus: pro eo quod in presenti accepi a vobis pro memoratas sexuncias meas quod est medietatem de integrum fundum et de terras et de silbis et de gisternis de memorato loco maranum oc est auri solidos nobem bythianteos in cantum: Ut inter nobis comvenit: verumtamen stetit et promitto vobis propter quod vos mihi in memorato vestro monasterio recepistis inter memorata congregationis vestra monachorum et me monachum fecistis: et me nutrire et bestire seu calciare sicuti ceteris monachi cenobiati de memorato sancto vestro monasterio: Ideoque et ego promitto vobis ut omnibus diebus vite mee in memorato sancto vestro monasterio esse promitto et dies meis ibidem finire promitto et omnem vestrum imperium seu iussione vestra facere promitto ut sancta regula docet beati basilii et non habead licentiam ego de memorato sancto vestro monasterio sine vestra iussione exire per nullum modum et si ego sine vestra iussione de memorato sancto vestro exiero. et in quobis loco iero tunc licead vos misso vestro dirigere et me requirere

et adpreendere et in memorato sancto vestro monasterio me rebocare et me disciplinare ut ipsa sancta regula docet: Si autem aliter fecero ego et heredes mei vobis posterisque vestris. de is omnibus memoratis ut super legitur per quolivet modum aut summissis personis: tunc componimus vobis posterisque vestris et in memorato sancto vestro monasterio auri libras duas bythianteas et hec chartula offertionis promissioni ut super legitur sit firma scripta per manus sergii curialis per memorata indictione †

hoc signum † manus memorati iohannis monachi quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ego aligernus filius domini leoni rogatus a suprascripto iohanne monacho testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΘΕΟΔΟΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΙΟΑΝΝΕ ΜΟΝ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ego iohannes filius domini cesarii rogatus a suprascripto iohanne monacho testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis Complevi et absolvi die et indictione memorata sexta †

CIII.

an. 963. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno octabo decimo : sed et basilio magno imperatore eius filio anno tertio : die vicesima octaba mensis aprilis indictione sexta neapoli : Certum est nos iohannem et stephano seu basilio oc est uterinis germanis filiis quondam maroni habitatoribus in putheoli : A presenti die promittimus tivi domino iohanni filio quondam domini domerii propter quod tu memorato domino iohanne vendidistis at memorato genitore nostro idest integra una terra qui nominatur at hagellu et modicum de alia terra qui nominatur.......... qui fuit de sanctum canicu territorio putheolano per chartulam comparationis membranis scriptam quam nos abemus et fecistis tu at memorato genitore nostro per memorata chartula antestare et defensare quomodo memorata chartula continet : et quia non potuistis nobis memoratas terras antestare et defensare quomodo memorata chartula nostra continet quam tu at memorato genitore nostro fecistis et benimus in combenientia dedistis tu nobis exinde pagatione quantum inter nos combenit et fecimus nos exinde autores ut vos et heredibus vestris exinde autores et defensatores exere debeamus et tu et heredes tuis indemni et quieti maneatis et neque a nobis memoratis germanis neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato domino iohanne aut heredes tuis quod avsit abeatis exinde aliquando tempore quacunque requisitionem aut molestia a nunc et imperpetuis temporibus. set ut superius diximus ut nos et heredes nostris exinde autores et defensatores exere debeamus et tu et heredes tuis indemni et quieti maneatis ut super legitur : quia ita nobis combenit : Si autem nos aut heredibus nostris quobis tempore contra hanc chartulam ut super legitur benire presumserimus et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tue componimus nos et heredibus nostris tivi tuisque heredibus auri solidos viginti quatuor bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manum sergii scriptoris discipulo domini gregorii curialis et scriniarii per memorata indictione †

hoc signum † manum memorati germanis quod ego qui memoratos hab eis rogitus pro eis subscripsi †

† ego aligernus filius domini leoni rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis et scriniarius Complevi per memorata sexta indictione

CIV.

an. 963. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno octabo decimo. sed et basilio magno Imperatore eius filio anno tertio : Die tertia mensi magii indictione sexta neapoli. Certum est nos petrum isabrum filium quondam stephani monachi. et barbaria honesta femina hoc est iugales. A presenti die promtissima voluntate pro domini ammore et mercede anime nostre offerimus et tradidimus vobis domino sergio venerabili igumeno monasterio sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio beatorum theodori et sebastiani *qui appellatur* casapicta situm in viridario et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. IDest integra portiones nostra ex integra terra que vocatur ad illa balnearia posita vero in quarto maiore qui habet fine ex omni partes terra vestra iuris memorati sancti et venerabilis vestri monasterii una cum introitum suum omnibusque. sivi generaliter pertinentibus. De qua nihil nobis exinde aliquod remansit aut reservavimus nec in alienam personam commisimus potestatem. et ha nunc et deinceps in vestra posterisque. vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio sint potestate queque exinde facere volueritis. et neque a nobis memorato petro isabro et barbaria iugales neque a nostris heredibus nullo tempore nunquam vos memoratus dominus sergius venerabilis igumenus aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore nos et heredes nostris vobis posterisque vestris exinde ab omnis homines omnique persona antestare et defensare promittimus imperpetuum. eoquod nominis nostri scribere dignati estis in sacro dypticos vestros. in omnem decisionem seu deliberationem. Quia ita nobis complacui. Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam offertionis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio auri so-

lidos viginti bythianteos et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata sexta †

Hoc signum † manus memorati petri isabri et barbarie iugales quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego theodorus filius domini aligerni rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† ego stephanus filius idem domini stefani rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† ego theodorus filius domini cesarii rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata sexta †

CV.

an. 964. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro niciphoro magno Imperatore anno secundo: Die vicesima prima mensis septembrii indictione octaba neapoli. Dispositum factum a me anna filia quondam .... qui cognominabatur de maria de pacifica relicta autem quondam leoni. de loco qui nominatur.......... .... quod est iuxta pumilianum foris arcora dudum aqueductus una cum........................ subdiaconi filii mei. et ipse pro vice sua et pro vice marie et munde et iohanni filia................ .... esse videor. de omnem meam et memorati viri mei hereditate seu substantia qualiter...................................... vero firmum et stavilem permaneat imperpetuum: primum omnium dispono ut ad die quam oviero........................ filiis et filias meis pro anima mea idest auri solidos quinque bythianteos per manum domini sergii venerabilis ygumeni monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. et distribuant eos pro anima mea in oc hordine in primis abeat sivi ex eos solidos duos et scribant nomini meo in sacros dypticos ipsius monasterii. et in quantum potuerit ponat me in chartulis sancti thome et in chartulis sancti archangeli ad signa. reliqui vero per pauperos fratrum christi ubi ipse melius previsus fuerit. nam si memoratis filiis et filias meis ad eum dilationem miserint predictos solidos dandi tunc licentiam et potestatem habeat predictus ygumenus appreendere et venumdare ex ipsa omne mea substantia ubi voluerit tantum autem unde ipsos quinque auri solidos bythianteos tollere baleat et distribuant. eos pro anima mea qualiter superius legitur. et cui vendiderit firmum et stavilem permaneat imperpetuum: Dispono integra domum mea et memorati viri mei positam vero intus cesareum regione thermense una cum inferioribus et superioribus aheribus et aspectibus simul cum introito suo omnibusque. sivi pertinentibus ut sit donata eidem petri subdiaconi et iohanni filiis meis eorumque propriis heredibus in eorum vicibus super omnes ipsorum portionibus. In eo enim tenore ut si quis ex ipsis filiis meis ma-

sculis aut eorum filiis filiabus ac nepotes ipsorum ovierit infra etate aut sine proprium heredem de bera uxore et viro tunc de memorata integra eorum donatione uni alteri inter se eorumque propriis heredibus moriatur si fuerit infra etate gratis si vero legitime fuerit detur pro eius anima medietatem pretium de quod ipsa eius portio exinde appretiata fuerit a christianissimis viris. et si memoratis filiis meis aut eorum filiis filiabus ac nepotes ipsorum totis ovierint sine proprium heredem tunc memorata integra eorum dotione rebertantur ad memoratas filias meas feminas earumque propriis heredibus si fuerint infra etate gratis si vero legitimi fuerint detur pro illorum anime in memorato monasterio medietatem pretium. de quod appretiata fuerit a christianissimis viris. reliqua vero omnem meam et memorati viri mei hereditate seu substantia de intus et foris omnibusque. eis pertinentibus sint de memoratis filiis et filias meis. et dividant sivi illut inter se in quartam partem : In eo enim tenore ut si quis ex eis vel ex eas aut eorum filiis filiabus ac nepotes ipsorum ovierit infra etate aut sine proprium heredem de uxore et viro tunc de reliqua omnia memorata uni alterii inter se eorumque propriis heredibus moriantur si fuerit infra etate gratis si vero legitime fuerit detur pro eius anima in memorato monasterio medietatem pretium de quod ipsa eius portio appretiata fuerit a christianissimis viris. et si quod deus fieri non permittat et memoratis filiis et filias meis aut eorum filiis filiabus anc nepotes ipsorum totis ovierint sine proprium heredem tunc memorata omnia mea et memorati viri mei hereditate seu substantia de intus et foris omuibusque eis pertinentibus rebertantur et sit offertum pro mea et memorati viri mei pariterque ipsorum anime in memorato monasterio: Iungendi minuandi de omnibus memoratis sibe de totum vel ex parte omnibus vite meae in mea reserbavi potestatem qualiter facere voluero : Habeat sancta neapolitana ecclesia pro luminiaria absque iniuria tremisse unum neapolitanum : Si quis autem de heredibus meis aut alia quabis persona parba aut magna quovis tempore contra hunc meum dispositum ut super legitur venire presumserit per quovis modum aut summissis personis tunc componat ipse et heredes eius ad partem qui eum observaverit eiusque heredibus auri solidos quinquaginta bythianteos: et hec meum dispositum qualiter continet firmum permaneat imperpetuum : scriptum quoque per manum gregorii scriptoris filio domini iohanni curialis per indictione memorata octaba †

Hoc signum † manus memorate anne quod ego qui memoratos pro eam subscripsi †

† ego petrus subdiaconus subscripsi †

† ego iohannes scriptor rogatus a memorata genetrice et filio testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis dudum scriptor post subscriptionem unum testium et post defunctione sergii filio petri et stephano filio marini qui in schedule uius dispositi scripti sunt Complevi et absolvi per ista in qua sumus tertiadecima indictione †

CVI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro niciphoro magno Imperatore anno secundo. Die tricesima mensis nobembrii indictione octaba neapoli: Certum est nos sergium humilem ygumenum monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario una cum cuncta nostra congregatione monachorum sancti et venerabilis nostri monasterii: A presenti die promtissima voluntate promittimus tibi stephano venerabili presbitero filio quidem leoni et mariae hoc est iugalibus. propter integra ecclesia nostra vocabulo sancti seberi sita vero secus platea que vocatur radia solis qui et gurgite dicitur. iuris memorati sancti nostri monasterii una cum havitationibus et cellis et omnibus rebus substantiis et possessionibus ipsius dicte ecclesiae nostre pertinentes omnibusque eis partibus. ubi domino adiubantem te ibidem custodem posuimus ha nunc et omnibus diebus vite tue. in eo enim tenore ut prenominata ecclesia nostra vocabulo sancti seberi cum omnibus memoratis ex ea pertinentes omnibusque eis pertinentibus .....omnia que per imbentaneum tibi adsignaverimus et cum omnia que a viribus et mulieribus ibi offertum vel oblatum fuerit omnibus diebus vite tue in tua sit potestatem tenendi et dominandi seu frugiandi et de ipsa frugias faciendi que volueris. Ita et tu in eadem ecclesia nostra superavitare et residere debeas ha nunc et omnibus diebus vite tue et omnem officium sacerdotalem ibidem kanere debeas hoc est besperos et matutinos seu missarum sollemnia et horis laudibus et lumminariorum concinnationem ibi exibere debeas ut apud deum omnipotentem tibi mercis adcrescat et apud hominibus laus. etiam quodcumque ipsa ecclesia nostra vel ipsis avitationibus eius ad conciandum habueris tu illud conciare debeas ad omni tuo expendio. insuper ha nunc et omnibus diebus vite tue omni annuo nobis posterisque nostris memoratoque sancto nostro monasterio exinde dare et dirigere debeas per nativitatem domini oblatas parias tres et per resurrectionem domini similiter oblatas parias tres. et per festivitatem memorate ecclesie sancti seberi oblatas parium unum absque omni amaricationem nulla nobis posterisque nostris exinde omni annuo mittentes occan-

an. 964.

sionem. et nunquam presummimus nos aut posteris nostris nec habeamus licentiam memorata nostra ecclesia sancti seberi cum omnibus memoratis ex ea pertinentes omnibusque eis pertinentibus ut super legitur omnibus diebus vite tue tibi tollere aut te exinde eicere nec qualibet sacerdotes vel clericum aut monachum aut alia quavis persona ibidem mittere per nullum modum nec per summissis personis nec per nullum humanorvitrio. post autem tuum transitum memorata ecclesia nostra cum omnibus memoratis ex ea pertinentes omnibusque eis pertinentibus et cum omnia que per imbentaneum tibi atsignaverimus in nostra posterisque nostris memoratoque sancto et venerabili nostro monasterio rebertantur et sint potestatem quidquid exinde facere voluerimus. si vero movile ibi offertum fuerit in tua sit potestatem faciendi exinde quod volueris. si autem inmovile ibi offertum fuerit post tuum transitum in possessione memorate ecclesie nostre remanere debeas. interea vos memorato leoni et maria iugales a die presenti offeruistis et tradidistis in eadem ecclesia nostra sancti seberi. IDest unum modium terre de terra vestra que vocatur et ponitur in paravoli hoc est a parte meridiana per passos mensuratum sicuti consuetudo est mensurare ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesie absque. illa scapula qui ibi est in medio una cum arvoribus et introitum suum omnibusque sivi pertinentibus. Habente ipse modium terre a parte septentrionis reliquum ex ipsa terra que vobis reservasti. et in aliquantum de terra heredum quondam boniti de bonamammi. a parte autem occidentis terra et scapula quidem pauli et marie iugales germano et cognato vestris. et a parte horientis et meridiei terra memorati heredum memorati boniti de bonamammi sicuti in ipsa meridiana partem inter se exfinat egripo communalis. ut av odierna die in eadem ecclesia nostra sancti seberi sint potestatem. a vos autem nec a vestris heredibus nunquam ipsa ecclesia nostra habeat exinde aliquando requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore vos et heredes vestris eidem ecclesie nostre memoratum modium terre quod superius ibidem offeruistis ab omnis homines omnique persona in omnibus antestare et defensare debeatis in perpetuum: Quia ita nobis complacui: si autem nos aut posteris nostris vel memoratus sanctus et venerabilis noster monasterius quovis tempore contra hanc chartulam ut super legitur venire presumserimus per quovis modum aut summissis per-

sonis tunc componimus tibi memorato stephano presbitero vite tue auri solidos triginta sex bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis per indictione memorata octaba †

† CΕΡΓΗΟΥC ΗΓΟΥΜΕΝΟΥC †

† ΙΩ ΠΒΡ ΕΘ ΜΟΝ CΟΥΒ †† ΕΓΟ CΕΡΓΗΟΥC ΠΒΡ ΕΘ ΜΟΝ^χος CΟΥΒ †

† Εγω γρεγοριουσ πρε σουβ †

† ego gregorius filius domini marini rogatus a suprascripto ygumeno et eius congregatione monachorum testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΙΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΕΡΓΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟ ΥΓΥΜΕ-ΝΟ ΕΘ ΕΙΟΥC ΚΟΝΓ ΜΟΝ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ego aligernus filius domini leoni monachi rogatus a suprascripto igumeno et eius congregatione monachorum testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per indictione memorata octaba †

CVII.

an. 964. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro niciphoro magno Imperatore anno secundo. Die tricesima mensis nobembris *indictione octaba neapoli.* Certum est me stephanum humilem presbiterum filium quidem leoni et quidam marie iugalium personarum : *A presenti die promtissima* voluntate promitto vobis domino sergio venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. propter integra ecclesia vestra vocabulo sancti seberi *sita* bero secus platea que vocatur radia solis qui et gurgite dicitur iuris memorati sancti et venerabilis vestri monasterii una cum avitationibus et cellis et omnibus rebus substantiis ipsius dicte ecclesie vestre pertinentes omnibusque. eis pertinentibus. ubi domino adiubante me ibidem custodem posuistis ha nunc et omnibus diebus vite mee : In eo enim tenore ut prenominata ecclesia vestra vocabulo sancti seberi cum omnibus memoratis ex ea pertinentes omnibusque. eis pertinentibus et cum omnia que per inbentaneum mihi adsignaveritis et cum omnia que a viribus et mulieribus ibi offertum vel oblatum fuerit omnibus diebus vite meae in mea sit potestatem tenendi et dominandi seu frugiandi et de ipsa frugias faciendi que voluero. Ita et ego in eadem ecclesia vestra superavitare et residere pro ha nunc et omnibus diebus vite meae et omnem officium sacerdotalem ibidem kanere promitto hoc est vesperos et matutinos seu missarum solemnia et horis laudibus et luminariorum concinnationem ibi exhibere promitto ut apud deum omnipotentem mihi mercis adcrescat et apud hominibus laus. etiam quodcumque ipsa ecclesia vestra vel ipsis havitationibus ad conciandum habueris ego illud conciare promitto ad omni meo expendio. Insuper ha nunc et omnibus diebus vite meae omni annuo vobis posterisque. vestris memoratoque sancto vestro monasterio exinde dare et dirigere promitto per nativitatem domini oblatas paria tres. et per resurrectionem domini similiter oblatas parias tres. et per festivitatem memorate ecclesie sancti seberi oblatas parium unum absque omni ammaricationem nulla vobis posterisque. vestris exinde omni annuo mittentes occasionem.

et nullatenus presumetis vos aut posteris vestris nec habeatis licentiam memorata ecclesia vestra sancti seberi cum omnibus memoratis ex ea pertinentes omnibusque. eis pertinentibus ut super legitur omnibus diebus vite meae mihi tollere aut me exinde eicere nec quelibet sacerdotes vel clericum aut monachum aut alia quavis persona ibidem ponere per nullum modum nec per summissis personis nec per nullum humano arvitrio post autem meum transitum memorata ecclesia vestra cum omnibus memoratis ex ea pertinentes omnibusque. eis pertinentibus et cum omnia que per inbentaneum mihi adsignaveritis in vestra posterisque. memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio rebertantur et sint potestatem quidquid exinde facere volueritis. si vero movile ibi offertum fuerit in mea sit potestate faciendi exinde quod voluero. si autem inmovile ibi offertum fuerit post meum transitum in possessionem memorate ecclesie vestre remanere debeas. Interea nos memorato leo et maria iugales a die presenti offeruimus et tradidimus in eadem vestra sancti seberi. IDest unum modium terre de terra nostra que vocatur et ponitur in paravoli oc est a parte meridiana per passos mensuratum sicuti consuetudo est mensurare ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesie absque. illa scapula qui ibi est in medio una cum arvoribus et introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus habente ipse modium terre a parte septentrionis reliquum ex ipsa terra que nobis reservavimus et in aliquantum de terra heredum quondam boniti de bona mammi. a parte autem occidentis terra et scapula quidem pauli et marie iugales germano et cognata nostris. et a parte horientis et meridie terra memorati heredum memorati boniti de vona mammi sicuti ipsa meridiana partem exfinat egripus communis. ut av odierna die in eadem ecclesia vestra sancti seberi sint potestatem ad abendum ibi illud in sempiternum. et neque a nobis memorato leoni et maria iugales neque a nostris heredibus nullo tempore nunquam ipsa ecclesia vestra quod absit habeant exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et in perpetuis temporibus temporibus. Insuper omni tempore nos et heredes nostris eidem ecclesie vestre memoratum modium terre quod superius ibi offeruimus ab omnes homines omnique persona in omnibus antestare et defensare promittimus imperpetuum. Quia ita nobis complacui. Si autem nos memoratis genitoribus et filio aut heredes

nostris quovis tempore contra hanc chartulam ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis vestris que posteris memoratoque sancto vestro monasterio vel eidem ecclesie vestre auri solidos triginta sex bythianteos. et hec chartula ut super legitur sit firma : scripta per manus petri curialis scribere rogavimus per indictione memorata octaba †

Hoc signum † manus memorati leoni et mariae iugales ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego stephanus presbiter subscripsi †

† ego iohannes tabularius rogatus a memoratis genitoribus et filio testi subscripsi †

† ego leo filius domini iohannis rogatus a suprascriptis genitoribus et filio testi subscripsi †

† ego sergius filius domini marini rogatus a suprascriptis genitoribus et filio testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per indictione memorata octaba †

CVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro niciforio a deo coronato magno Imperatore anno secundo : die decima mensis februarii indictione octaba neapoli : Certum est nos gregorio surrentino filium quondam iohanni surrentini et orania hoc est iugales : A presenti die proptissima voluntatem : venumdedimus et tradidimus vobis domino stephano filio quondam domini leoni monachi et domina pitru honesta femina hoc est iugales : idest integras sexuncias nostras de integra inferiora et superiora super se una super alia constituta posita vero intus anc civitate neapolis in vico qui nominatur virginum regione summa platea : una cum aheribus et aspectibus suis simul cum introitum suum a parte de memoratum bicum publicum et homnibus sivi pertinentibus : pertinente mihi a quidem domino iohanne monaco dudum dommino meo. unde nihil novis exinde aliquod remansit aut reserbavimus: nec in aliena quiusque persona quod absit commisit aut iam commictimus potestatem: qui et coheret sivi a parte horientis memoratus bicus publicus unde ividem introitum abere deveatis : set a parte de memoratum bicum vos portas aperire deveatis : et a parte meridiana coheret domum leoni de pacifiqu : et a parte hoccidentis coheret domum vestra memoratis iugales : et a parte septemtrionis coheret alias sexuncias ex ipsa inferiora et superiora super se : de quidem boni de loco qui nominatur luscanum quod est in longum divisa et est omni tempore de quale mensura : unde nihil novis exinde aliquod remansit aut reserbavimus set a presenti die et deinceps a nobis vobis sit venundatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sit potestatem quidquid exinde facere volueritis : et neque a nobis neque a nostris heredibus nec a nobis persona summissa nullo tempore nucquam vos aut heredibus vestris quod absit abeatis exinde quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus : insuper et ab omni hommine homnique persona: omni tempore nos et heredibus nostris vobis vestrisque heredibus : exinde in omnibus antestare et defensare deveamus : propter quod accepimus a bovis exinde in presentis : idest auri solidos octo bytianteos sicut inter novis combenit : veruntamen promictimus vobis ut si vos aut heredibus

an. 965.

vestris gradas facere volueritis licentiam abeatis a parte de memoratum bicum publicum et faciatis vobis a parte de ipsum bicum portas quale vobis placuerit: quia sic novis combenit: si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredibus nostris vobis vestrisque heredibus auri solidos duodecim bytianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manu leoni scriptori disciPulo domini iohannis tabularii per memorata octaba indictione † hoc signum † manus memorati gregorii et memorata orania hoc est iugales quod ego qui memoratos ab eis rogitus pro eis subscripsi et memoratos solidos confessus percepisse †

† ego marinus filius domini sergii monachi rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† ego iohannes filius domini petri rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† ego stefanus filius domini theodosii tribuni rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† Ego leo Curialis dudum scriptore post subscriptionem testium Complevi et absolvi per ista in qua sumus tertia decima indictione †

CIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro Nicyforio a deo coronato magno Imperatore anno secundo : die undecima mensis aprilis indictione octaba neapoli : Visus fuit quondam ferrandus..... tuus...... filia quondam..... venundare a quondam maru relicta quondam iohannis abia nostra videlicet leoni et gregorio germanis filiis quondam domini gregorii boffa idest tres petias suas de terras positas in miana per chartulam venditionis de tummo scripta et per ipsa chartula facere visus fuit ipse ferrandus ut tu ipse vel heredes suos at dare habuerit de reliquam omnem sua hereditate daret illos at memorata maru vel at heredes suos in pretio sicuti appretiatum fuerit: de qua vero venimus nos memoratis germanis et quesimus te memorata orania ex ipsa sorte tua : et per colloquia vonorum ominum venimus in vona convenientiam et ecce a die presentis per anc chartulam repromittimus tibi memorata orania propter integra portione tua quantum et quomodo tibi pertinet per quobis modum de memorata omnem hereditate seu substantia quondam memorati ferrandi sibe quantum tu aut memorato genitor tuus venundedistis aut dedistitis vel quantum tum aput te abes ut non abeamus licentiam nos aut heredibus nostris aliquando tempore te aut heredibus tuis aut cui tu exinde dedistis per quobis modum querere aut contrare per nullum modum nec pro ipsa chartula ut super legitur nec per alium quolibet modum nec per summissis personis in perpetuis temporibus: insuper promittimus tibi ut si quobis tempore surrexerit quabis persona qui te aut heredibus tuis ex ipsa sorte tua ut super legitur quesierit per ipsa chartula nostra ut super legitur tunc nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus exinde desuper tollere debeamus asque : omni vestra damnietate: propter quod tu nobis dedistis exinde in pagatione idest unum fundiciolum tuum positum in miana qui est iuxta fundum nostrum una cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus ut in nostra nostrisque : heredibus sit potestate quidquid exinde facere voluerimus: et nos superiunsimus tibi et auri tari tres sicut inter nobis combenit : si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus auri solidos duodecim

an. 965.

bytianteos et hec chartula ut super legitur sit firma: scripta per manus iohanni tabularii per memorata octaba indictione †

hoc signum † manus memorati leoni et gregorio germanis quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego leo filius domini iohannis rogatus a suprascripti germanis testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini marini rogatus a suprascripti germani testi subscripsi †

† ego sergius filius domini iohanni rogatus a suprascripti germani testi subscripsi †

† Ego iohannes tabularius Complevi et absolvi per memorata octaba indictione †

CX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro niciphoro magno Imperatore anno secundo. Die quarta mensis magii indictione octaba neapoli. Horta est itaque intentio inter me cesarium filium quondam iohanni qui supra nomen farricelli. et vos videlicet domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. De questione quam apud vos facere visus sum. propter una terra que vocatur cicanellum posita vero in quarto maiore. habente de uno latere parte septemtrionis ugualdum iuris sancte neapolitane ecclesiae et ex alio latere parte meridiana terra mea que vocatur catitianum sicuti inter se ripa exfinat. De uno capite parte horientis terra vestra quam offertam habetis ab illi derectorium. De alio capite parte hoccidentis est fossatum beteris. De qua vos quesivi dicendo pars mea quia memorata terra que vocatur cicanellum qualiter memoratas coherentias circumdant mea propria est et ipsa est quam continet chartula comparationis quam vobis nunc ostenxi facta a quondam pitru filia quondam lupi vicedomini ad nomen quondam domini boniti comitis havii mei : pars autem vestra asserebat ut memorata terra que vocatur cicanellum quam per memoratas coherentias exegregastis non esse ipsa quam continet memorata chartula comparationis quam vobis hostenxi. In hoc iudicatum est inter nobis et suscepi exinde ab uno monacho vestro sacramentum qualiter superius asseruistis et definivi exinde vobiscum in omnibus. et neque a me memorato cesario neque a meis heredibus nullo tempore pro memorata terra que vocatur cicanellum qualiter memoratas coherentias exegregastis unde nunc vobiscum sacramentaviliter definivi ut super legitur quod absit habeatis vos memoratus dominus sergius venerabilis igumenus aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Etiamsi quavis personas vos aut posteris vestris exinde quesierit per memorata chartula comparationis quam superius vobis hostenxi tunc ego et heredes meis vobis posterisque. vestris eos exinde

an. 965.

desuper tollere debeamus absque omni vestra damnietate nulla vobis mittentes hoccasionem. Quia ita inter nobis iudicatum est. Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam securitatis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis tunc componimus vobis posterisque. vestris auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata octaba †

Hoc signum † manus memorati cesarii quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego leo filius domini iohannis rogatus a suprascripto cesario testi subscripsi †

† ego iohannes tabularius rogatus a suprascripto cesario testi subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis rogatus a suprascripto cesario testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi pro indictione memorata octaba †

CXI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro niciforo a deo coronato magno Imperatore anno secundo die octaba mensis magii indictione octaba neapoli: Certum est nos iohannes et marino seu eufimia germanis filiis quondam abraam abitatores in miana ego memoratus iohannes cum consensu anna coniuge mea ego memoratus marinus cum consensu gregoria coniuge mea et ego memorata eufimia cum consensu petri viri mei A presenti die promtissima voluntate venundedimus et tradidimus vobis gregorio ferrario filio quidem leoni ferrarii et sellecta iugales: Idest integrum funducculum nostrum positum in memorato loco miana una cum arboribus fructiferis quamque cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: et coheret sivi de una parte fundum heredes domina rotunda et extenditur de longitudine passi decem et de alia parte coheret terra hara publica et extenditur ibidem similiter passi decem et de uno capite coheret fundum de heredes de militum et extenditur passi quattuor et gubitum unum de latitudine: et de alio capite coheret terra heredes domini anastasii de strogia et extenditur passi quattuor et gubitum unum et palmum unum memorati vero passi et memorati gubitas et palmum mensurati sunt at passum ferreum et guvitum et palmum at manum iustam unde nihil nobis exinde aliquod remansit aut reserbavimus: set av odierna die et deinceps hec omnibus memoratis quatenus vobis illos per memorates coherenties et per memorati passi insinuavimus sicut superius legitur a nobis bobis sit venundatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sint potestate quidquid exinde facere volueritis liberam abeatis potestate: et neque a nobis neque a nostris heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos aut heredes vestris quod absit abeatis exinde requisitione per nullum modum in perpetuum: Insuper omni tempore nos et heredes nostris exinde ab omni homine omnique persona vobis vestrisque heredibus in omnibus antestare et defensare debeamus propter quod accepimus a te idest auri tari octo et medium ut inter nobis combenit: Si autem nos aut heredes nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos decem bythianteos. et hec

an. 965.

chartula sit firma scripta per manus iohannis curialis per memorata indictione †

hoc signum † manus memoratis germanis cum consensu memorate coniugis et viribus eorum ego pro eis subscripsi et memorati tari traditos bidit †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego sergius filius domini gregorii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego petrus curialis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos vidi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata octaba indictione †

CXII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro niciphoro magno Imperatore anno secundo. Die nona mensis magii indictione octaba neapoli. Certum est me gregorium filium quondam domini petri et quondam domine drosu honesta femina iugalium personarum. una cum voluntate presentibus leoni et petri filiis meis: A presenti die promtissima voluntate pro domini ammorem et redemptionis animee offero et trado vobis domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio: Idest integra portionem mea ex integrum casalem constitutum in loco qui vocatur arinianum cultum vel incultus simul cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum portione mea de pischina et de duleum simul cum introitas earum omnibusque eis generaliter pertinentibus qui indivisa reiacet cum portionibus de ceteris consortibus meis. De qua nihil mihi exinde remansit aut reservavi nec in alienam personam commisi potestatem : Ita ut ha nunc et deinceps memorata integra portione mea ex ipsum integrum casalem situm in ipso loco arinianum cultus vel incultus et cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum portione mea ex ipsa pischina et de memoratum duleum simul cum introitas earum omnibusque eis pertinentibus. ut dixi qui indivisa reiacet cum portionibus de ceteris consortibus meis. unde nihil mihi exinde remansit aut reservavi set in integro sicut superius legitur a me vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sit offerta et tradita in vestra posterisque vestris sint potestatem queque exinde facere volueritis: et neque a me memorato gregorio cum voluntate memorati leoni et petri filiis meis neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memoratus dominus sergius venerabilis igumenus aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. eo quod nomini meo scribere dignati estis in sacro dypticos vestros. in omnem de–

an. 965.

cisione seu deliberationem. Quia ita mihi complacui. Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam oblationis ut super legitur venire presumpserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissas personas. tunc componimus vobis posterisque vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum. scripta per manus iohannis curialis per indictione memorata octaba †

Hoc signum † manus memorati gregorii cum voluntate memorati leoni et petri filiis suis quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascripto genitori et filiis testi subscripsi †

† ego leo filius domini sergii rogatus a suprascripto genitori et filiis testi subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis monachi rogatus a suprascripto genitori et filiis testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi die et indictione memorata octaba †

CXIII.

Christe fave

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro niciphorio magno Imperatore anno secundo die vicesima mensis iunii indictione hoctaba neapoli: Certum est me aligisi filium quondam stephani una cum voluntate presentis cicire coniuge mea habitatoribus autem in loco qui vocatur faibanum territorio paludano: A presenti die promtissima voluntate pro domini ammore et salbationis anime quondam domini palumbi venerabilis presbyteri thi mei qui fuit manentes in memorato loco faibanum. offeremus et offero atque trado tibi o beate eufimius Christi sacerdotes. et per te in ecclesia que a nomine tuo edificata est intus hanc civitatem neapolis in vico qui vocatur sol et luna in qu..... videlicet domino gregorio venerabili presbytero et medico custus esse videris. Idest inclitas duas terras meas in uno coniuctas positas in memorato loco faifanum cum arvoribus et introitas suas et omnibus eis pertinentibus pertinentes mihi a quondam memorato domino dominico venerabili presbytero thio meo. et nominatur una ex ea terra at sipicella et coheret sibi da uno latere memorata alia terra mea quam iterum tibi offeruit. et de alio latere parte hoccidentis terra heredes quondam iohanni thi mei et terra heredes quondam domini dominici presbyteri thi mei et de alio capite terra memorati heredes quondam prenominati dominici presbyteri thi mei. et ex alio capite via publica que pergit at formo: et memorata halia terra est illa que quondam memorato domino palumvo presbytero thio meo emtam habuit a quidem domino sergio filio quondam domini iohanni: Unde nihil mihi exinde aliquot remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque persona quod absit comisi aut iam com:cto potestate: set in tua o beate eufimius Christi sacerdotes et per te de memorata ecclesia tua qui at nomini tuo edificata est in memorato vico qui vocatur sol et luna et de custodes memorata ecclesia presentis et futuris sit potestate tenendi et dominandi fruendi et comedendi a nunc et in perpetuis temporibus. et neque a me memorato aligisi cum voluntate presenti memorate cicire coniugis mee neque a meis heredibus nec a nobis per-

sonis summissis nullo tempore numquam vos o beate eufimius Christi sacerdotes aut ecclesia tua neque custodes eius presentis aut futuris abeas exinde quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus. tantumodo licentiam abeam ego omnibus vite meae illa in colligio detinere at lavorandum da memorata ecclesia in placito ut in memorato loco iustum fuerit: Si autem ego vel heredes meis quobis tempore contra hanc chartula offertionis ut super legitur benire presumserimus et minime atinpleverimus hec omnia memorata per quolibet modum aut summissis personis tunc componimus in memorata ecclesia et at custodes iamdicte ecclesie presentis et futuris auri solidos viginti quattuor bythianteos et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma : scripta per manus petri curialis scribere rogatus per indictione memorata hoctaba †:

hoc signum † manus memorati aligisi. signum † manus memorate cicire coniugi sue quo ego qui memoratos pro ei subscripsi †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ CΕΡΓΙΙ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCΤΟ ΙΟΤΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΤΒ †

† ΕΓΟ ΚΕCΑΡΙΟΤC ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCΤΟ ΙΟΤΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΤΒ †

† ΕΓΟ CΤΕΦΑΝΟΤC ΑΝΑΚΑΙ Φ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCΤΟ ΙΟΤΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΤΒ †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata hoctaba †

CXIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro niciforo a deo coronato magno Imperatore anno secundo die vicesima mensis augusti indictione octaba neapoli: Certum est me leonem filium quondam ursi de miana una cum consensu eupraxia coniuge mea: A presenti die promtissima voluntate venundedi et tradidi tibi gregorio ferrario filio quondam leoni ferrarii: Idest integra petiola de terra mea qui mihi obbenit per chartulam donationis a quidem petro monacho sancti meo et ipsa chartula tibi in presenti dedi de memorata terra una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: et coheret sivi de uno latere terra sancte neapolitane ecclesie sicuti inter se sepis exfinat et de uno latere et capite coheret via publici sicuti inter se iterum sepis exfinat et de alio capite coheret terra de dometi de leone de teuda unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi: set av odierna die et deinceps iam dicta memorata petiola de memorata terra posita in memorato loco una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus quatenus tibi illas per memorates coherenties insinuavimus sicut superius legitur a me tibi sit venundatas et traditas in tua tuisque heredibus sint potestate quidquid exinde facere volueritis: et neque a me cum consensu memorata coniuge mea neque a meis heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu aut heredes tuis quod absit abeatis exinde quacumque requisitione aut molestia ha nunc et in perpetuis temporibus: Insuper omni tempore ego et heredes meis exinde ab omni homine omnique persona in omnibus tibi tuisque heredibus antestare et defensare debeamus propter quod accepi a te idest auri tari septem ut inter nobis combenit: Veruntamen stetit nobis ut quandoque ego et heredes meis ad antestandum venerimus tunc tu et heredes tuis nobis dare debeatis ipsa chartula quam tibi dedimus ad finem faciendum et postea vobis illas retdamus quia ita nobis stetit: si autem ego aut heredes meis aliter fecerimus de his omnibus memoratis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos biginti bythianteos et hec chartula sit firma scripta per manus iohannis Curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorato leone cum consensu memorata coniuge sua

an. 965.

quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari confiteor percepisse †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascritto iugale testi subscripsi et suprascripti tari confiteor percepisse †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΙΟΥΓΑΛ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ ΕΘ ϹϹΤΙ ΤΑΡΙ ΚΟΝΦ ΠΕΡΚΕΠΙϹΕ †

† ΕΓΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΙΟΥΓΑΛΕϹ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ ΕΘ ϹϹΤΙ ΤΑΡΙ ΚΟΝΦ ΠΕΡΚΕΠΙϹϹΕ †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CXV.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro niciphorio magno Imperatore anno secundo die vicesima nona mensis augusti indictione hoctaba neapoli: Certum est me cicino et lupo germanis filiis quondam leoni abitatoribus in loco qui vocatur massi territorio plagiense una cum voluntate presenti........... et......... coniugis meae: A presenti die promtissima voluntate Venundedimus et tradidimus tibi domino gregorio venerabili presbytero et medico custus ecclesie sancti eufimii. IDest inclitas duas petias meas de terras que vocantur pumecaria posita in nominato loco massi cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas suas et omnibus eis pertinentibus: qui coheret ab una ex ea petia de uno latere via publica abente ibidem mensura passos quadragintaquinque et gubitum unum. et de alio latere terra stephani nepoti nostro sicuti inter se termines exfinant. abet ibidem passos quadraginta duos. et de uno capite terra domini iohannis calbusi sicuti inter se termines exfinant. et abet ibidem mensura de latitudine passos trigintanobe minus gubitum unum. et de alio capite terra petri nepoti nostro sicuti inter se termines exfinant. et ibidem abet passos viginti quattuor minus gubitum unum: et memorata halia petia coheret de una parte terra maraldi cognati nostro sicuti inter se termines exfinant. et de alia parte terra memorati domini iohanni calbusi similiter sicuti inter se termines exfinant. et ex alia parte terra sergii herarii sicuti inter se egripus exfinant et a vero alia parte terra......... de longitudine passos vigintihocto. et de latitudine in uno capite passos septem........ passos sex. totis memoratis passi mensurati sunt ad passum sancte neapolitane ecclesie: Unde nihil nobis exinde aliquot remansit aut reserbavimus nec in aliena cuiusque persona quod absit commisi aut iam comictimus potestate: Ita ut a nunc et deinceps iam dictas inclitas ambas terras nostras positas in memorato loco massa et nominatur at pumecaria cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas suas et omnibus eis pertinentibus sicuti memoratas coherentias et prenominatis ter-

an. 965.

minis ea essegregat et sicuti per memoratum passum mensuratas et sicut superius legitur in presentis a nobis tibi sit venundatas et traditas et in tua tuisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere iudicareque volueritis semper liveram in omnibus arvitrio habeatis potestate : et neque a nobis memorato cicino et prenominato lupo germanis cum voluntate nostre coniugibus nostre neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato domino gregorio venerabili presbytero et medico aut heredes tuis habeatis exinde quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis in perpetuum : Insuper omni tempore nos et heredes nostris memoratas ambas terras nostras quas nos tibi venundedimus ut super legitur cum omnibus eis pertinentibus av omnis homines omnique personis in omnibus tivi tuisque heredibus antestare et defensare promictimus absque : omni tua et de tuis heredibus qualibet damnietate. pro eo quod in presentis accepimus a te exinde auri solidos decem bythianteos sicut inter nobis conbenit : Si autem nos vel heredes nostris quobis tempore contra hanc chartula venditionis ut super legitur benire presumserimus et minime atinpleverimus hec omnia memorata per quolibet modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos viginti bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma : scripta per manum petri curialis scribere rogatus per indictione memorata hoctaba †

hoc signum † manus memorati cicini. signum † manus prenominati lupi germanis signum † manus memorate coniugibus eorum quod ego qui memoratos ab eis rogitus pro eis subscripsi et memoratos solidos traditos bidi †

† ego marinus filius domini iohannis prefecti rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† ΕΓΟ ΑΝΑCΤΑCΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α ΤΑC ΙΟΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ ΕΘ CCΤΟC CΟΛΙΔΟ ΤΡΑΔΙΤΟC ΒΙΔΙ †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΕΡΓΙΙ ΜΟΝ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟC ΙΟΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ ΕΘ CCΤΟC CΟΛΙΔΟC ΤΡΑΔΙΤΟC ΒΙΔΙ †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata hoctaba †

CXVI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino an. nostro basilio et constantino magnis Imperatoribus anno sexto sed et nici- 965. forio magno imperatore anno tertio die septima decima mensis novembrii indictione nona neapoli: Certum est me macarium monachum qui laicus marino qui supranomen sillicto clamatur. filius quondam domini petri tribuni: A presenti die promtissima voluntate pro domini amore et salbationis anime meae. et pro anima quondam maru honesta femina dudum coniugi meae: Offero et trado vobis domino sergio ummilis igumeno domino meo monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario et per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio: IDest integra una petia de terra mea que vocatur ad puteum posita in loco qui nominatur putinianum quam mihi donatam havet quondam memorata maru honesta femina dudum coniugi mea per suum dispositum qui reiacet in memorato sancto et venerabili vestro monasterio: Una cum arvoribus et introito suo et omnibus sivi pertinentibus qui coheret sivi de duobus lateribus terra de illi tocculi: et de uno capite a parte occidentis via publica: et ex alio capite........ De qua nihil mihi exinde remansit nec in alienam personam: commisi potestatem: Ita ut ha nunc et deinceps memorata integra una petia de terra mea que vocatur ad puteum posita in memorato loco putinianum quam mihi donatam havet quondam memorata maru honesta femina dudum coniugi meae per memoratum suum dispositum qui reiacet in memorato sancto vestro monasterio: Una cum arvoribus et introito suo et omnibus sivi pertinentibus: De qua nihil mihi exinde remansit set in integro sicut superius legitur et qualiter predictas coherentias circundant ha me vobis et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio sit offerta et tradita in vestra posterisque vestris et de memorato sancto et venerabili vestro monasterio sit potestatem quidquid exinde facere volueritis: et neque a me memorato macario monacho qui laicus marino qui supranomen sillicto clamatur neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis: nullo tempore numquam vos memorato domino sergio ummilis igumeno aut posteris vestris vel memoratus san-

ctus. et venerabili vestro monasterio quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestiam a nunc et imperpetuis temporibus: Verumtamen stetit inter nobis ut memorata integra terra quam vobis offerui cum omnibus sivi pertinentibus ut super legitur: hamodo et omnibus diebus vite quidam maru devota monacha nepoti mea filia quidem petri filii mei in sua sit potestatem tenendi et dominandi seu frugiandi et de ipsa frugia faciendi que voluerit. ad obitum de memorata maru devota monacha nepoti mea memorata integra terra cum omnibus sivi pertinentibus revertantur ad memorato petro filio meo genitori suo et ad eius propriis heredibus de uxore sua : In eo tenore ut si memorato petro filio meo mortuus fueris sine proprium heredes de uxore sua haut si post suum obitum heredes proprios reliqueris et ipsis iterum mortuis fueris sive infra etatem vel sine proprium heredes de uxoribus et viribus eorum ut non fueris aliquid ex eis vel de eius propriis heredibus hanc nepotes eius propriis de uxoribus et viribus eorum memorata integra terra cum omnibus sivi pertinentibus in vestra posterisque vestris et in memorato sancto vestro monasterio rebertant et sint potestate quidquid exinde facere volueris ut super legitur : Insuper et si ad obitum de memorata maru devota monacha nepoti mea memorato petro filio meo vel eius propriis heredibus mortuis fuerint sine proprium heredes ut non fueris aliquid ex eis vel de eius propriis heredibus de uxoribus et viribus eorum ut super dixi : a tunc memorata integra terra cum omnibus sivi pertinentibus in vestra posterisque vestris : et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio rebertantur et sint potestate quidquid exinde facere volueritis: Quia ita mihi vone voluntatis placui: Si autem aliter fecero ego et heredes mei de is omnibus memoratis ut super legitur. per quolivet modum aut summissis personis: tunc componimus vobis posterisque vestris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos triginta sex bythianteos: et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma: scripta per manus sergii curialis scribere rogatus per memorata nona indictione †

hoc signum † manus memorato macario monacho qui pro occupatione mortis minime hoc scribere non concurrit quod ego qui memoratos ab eo rogatus pro eo subscripsi †

† ego gregorius filius domini marini rogatus a suprascripto macario monacho testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascripto macario monacho testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascripto macario monacho testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis Complevi et absolvi die et indictione memorata nona †

CXVII.

an. 965. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno sexto set et niciforo et constantino magnis imperatoribus anno tertio die vicesima prima mensis decembrii indictione nona neapoli: Certum est nos petrum et iohannem cui super nomen gennari germanis filiis quondam marini pecorarii et rosa iugales habitatoribus in planuria maiorem: A presenti die promtissima voluntate promictimus tibi domino stephano filio quondam domini leoni propter integra superiora domui nostre quod est cammara antiquam qui est supra inferiora cellareum domine pitru honeste femine coniugi tua posita intus anc civitatem neapolis in regione summa platea una cum aeribus et aspectibus simul cum introitum suum a parte de ille pischinis et omnibus sivi pertinentibus: Unde repromictimus tibi ut si quobis tempore nos aut heredibus nostris memorata integra superiora nostra cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus ut super legitur at bendere aut at dare illos habuerimus per quobis modum nos vel heredibus nostris tunc illos tibi tuisque heredibus vendere aut dare debeamus in pretio ut fuerit atpretiatum a christianissimis viris: quia ita nobis stetit si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus auri solidos viginti quatuor bythianteos et hec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus petri scriptoris discipulo domini gregorii curialis et scriniarii per memorata nona iudictione †

Hoc signum † manus memorati petri et iohannis cui supranomen gennari germanis quod ego qui memoratos ab eam rogatus pro eis subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini petri rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΜΑΡΙΝΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ Δ̅Ν ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹ̅Τ̅Ι̅Ϲ ΓΕΡΜΑΝΙϹ ΤΕϹΤΙ Ϲ̅Ο̅Υ̅Β̅ †

† Ego gregorius Curialis et scriniarius Complevi per memorata nona indictione †

CXVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno................ Constantino magnis Imperatoribus anno tertio die vicesimanona mensis Ianuarii Indictione nona neapoli : Certum est nos sapatinum et petrum filio et atfiliato dominici qui fuit gemmati de loco qui nominatur brischanum : ego memoratus sapatinus *cum voluntate* marie coniugi meae : A presenti die promtissima volumtate venumdedimus et tradidimus tibi domino cesario erario filio quondam domini gregorii. Idest de terra nostra que nominatur at ille parietinem per mensura de longitudine et de latitudine per unaquaque partes una quimquagintaquimque pars. at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie cum arvoribus et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus unde reliquum ex ipsa terra in nostra reserbavimus potestate : Coherente sivi at ipsum quod tibi exinde venumdedimus a parte septemtrionis reliquum ex ipsa terra que in nostra reservavimus potestate et terra que nos tibi infiduciavimus et abet ibidem passi quimquagintaquimque: et a parte meridiana coheret terra heredum Iohanni de boneprandum : et habet ibidem passi similiter quimquagintaquimque : et ha parte horientis coheret terra leoni de doni. et habet ibidem similiter passi quimquagintaquimque et ha parte occidentis coheret terra Iohanni de nalone. et habet ibidem similiter passi quimquagintaquimque memorati vero homnes passi sunt mensurati at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie *de quibus* nihil nobis exinde aliquod remansit aut *reservavimus* nec in aliena cuiusque. persona quod *absit commisimus aut iam* committimus potestate. Ita ut a nunc et deinceps ipsam ex ipsa terra nostra que nominatur at ille paritine posita in memorato loco cum arvoribus et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus quatenus et per memoratas coherentias et mensura tibi eos insinuavi in integro ut super legitur a nobis tibi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestate quidquid exinde facere volueris : et neque a nobis memorato sapatino et petro atfiliato et filio memorati dominici ego memoratus sapatinus cum consensum memorate marie coniugi mee neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam exinde

an. 966.

abeatis quacumque requisitione aut molestia tan tu qui supra domino cesario quamque tuis heredibus per nullum modum nec per summissis personis in perpetuum : Insuper et av omni homine omnique persona omni tempore ego et heredes nostris tibi tuisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare deveamus: propter quod accepimus a te exinde in presentis idest auri solidos sex bythianteos in cantum in omnem decisione seu deliberatione sicut inter nobis comvenit: si autem nos aut heredibus nostris quobis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid hoffensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus auri solidos trigintasex bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus petri scriptoris disciPulo domini gregorii curiali et scriniarii scribere rogatus per memorata nona indictione

hoc signum † manus memorati sapatini et petri memorato sapatino cum consensum memorate marie coniugi sue quod ego qui memoratos av eis rogatus pro eis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† Ego iohannes Curialis rogatus a memoratas personas testi subscripsi et memoratos solidos traditos bidi †

† ego petrus filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† ego sergius filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego gregorius Curialis et scriniarius Complevi per memorata indictione nona †

CXIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno sexto: sed et nicephorio et constantino magnis imperatoribus: anno tertio die Undecima mensis martii indictione nona neapoli: Horta est itaque intentio inter nos gregorio gratia dei episcopi: sancte sedis neapolitane ecclesie: et Vos videlicet sergio Umilem ygumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani situm in loco qui vocatur casapicta in viridiario de altercationem quem inter nos habuimus de una terra que vocatur cicanellum posita in quarto maiore: habente ha parte horientis et a parte septemtrionis gualdum nominati sancti nostri episcopii: et a parte meridiana est egripus qui est inter se et campu qui vocatur catitianum: et a parte occidentis est terra vestra memorati sancti vestri monasterii qui fuit quondam timothei monachi vestri qui in laicatum taurus vocabat quomodo inter se tres termines exfinat: Unde vos quesivi dicendo pars nostra memorati sancti nostri episcopii: quod memorata terra nostra est et nos et memorato sancto nostro episcopio illa dominavimus per quadragintam annos: et vos nec antecessores vestris illam non dominastitis intus quadragintam annos: Unde multa altercationem exinde inter nobis habuimus: Unde iudicatum est inter nobis exinde Ut si potuerit pars memorati vestri monasterii nobis hostensionem facere quomodo intus quadragintam annos memoratus monasterius vester illa dominasset aut tenuisset intus quadragintam annos ego poneret vobis exinde securitatem: Sin autem iurare pars nominati nostri episcopii: vobis et dicere quia memorata terra memorato nostro episcopio ea tenui et dominabit quem saudam quem per escaticum vel si lavorata fuit per quadragintam annos et vos nec antecessores vestris ibidem non dominastitis nec tenuistis intus quadragintam annos. vos poneretis nobis exinde securitatem: post autem oc dato et adfirmato iudicio domino deo auxiliante qui est amator pacis Combenientiam inter nobis exinde fecimus absque: omni sacramenta: et in presentis divisimus memorata terra vobiscum per medietatem per traversum: Unde benit in memorato nostro episcopio medietas a parte horientis iusta memoratum gual-

an. 966.

*

dum nostrum : Unde alias medietas exinde a parte occidentis benit vobis in memorato vestro monasterio iusta memorata terra memorati vestri monasterii qui fuit de memorato timotheo monaco vestro qui in laicatus taurus vocabatur : quomodo inter ipsa portione vestra qui est a parte occidentis inter ipsa portione nostra qui est a parte horientis tres termines exfinat : primo termine marmoreum quod est silici qui est fictus in memoratum egripum a parte meridiana qui est inter ipsa terra et memoratum campum qui vocatur catitianum et retrum in secundum terminem qui est fictus in medio loca et ab ipso secundo termine retrum in tertio termine similiter marmoreum qui est fictus et exfinat inter memorata terra et memoratum gualdum nostrum qui est a parte septemtrionis : et abet memorata portio vestra per mensura da memoratum terminem qui est fictus in memoratum egripum qui est a parte meridiana et usque : at memoratum terminem tertium qui exfinat inter memorata terra et memoratum gualdum nostrum qui est a parte septemtrionis passi sexaginta tres : et iterum a parte occidentis iusta memorata terra qui fuit memorati timothei monachi vestri ab alio terminem qui est fictus in memoratum egripu inter memorata terra et terra vestra memorata qui fuit memorati timothei usque : at alium terminem qui est a parte septemtrionis inter memoratum gualdum nostrum et memorata terras vestras et memorata halia terra vestra : qui fuit memorati timothei passi sexaginta quimque et a parte meridiana per ipsum egripum a memorato primo terminem qui est fictus inter memorata medietate nostra qui est a parte orientis et inter memorata medietate vestra qui est a parte occidentis usque : ad ipsum alium terminem qui est fictus inter memorata medietate vestra qui vos a nos tetigit et inter nominata terra vestra qui fuit memorati timothei monachi vestri habet passi sexagintadui : et a parte septemtrionis inter memoratum gualdum nostrum et inter ipsas terras vestras quomodo tres termines exfinat. INsuper definivi vobiscum et de memorata terra vestra qui fuit memorati timothei monachi vestri qui in laicatus taurus vocabatur qui est iusta memorata terra quem vos a nos tetigit posita in eodem loco cicanellum qui ad ipsa terra memorati timotheo monacho vestro habet fines a parte horientis memorata terra qui vos a nos tetigit sicuti memorati termines exfinat : et ha parte meridiana est egripum de memoratum campu de catitianum et in aliquantum de via qui badit inter ipsa terra et campu

memorati vestri monasterii: et a parte occidentis est terra memorati nostri episcopii sicuti inter se fossatus communalis exfinat seu et termines exfinat quod sunt tres. hoc est a primo terminem qui est fictus iusta memorata via in ripa ha parte vestra in capite ex ipsum fossatum communalem et retrum in secundum et in tertium terminem qui sunt ficti in ripa ha parte vestra memoratum fossatum communalem et a parte septemtrionis est memoratus gualdus memorati nostri episcopii: sicuti inter se quatuor termines exfinat: qui exfinant inter memorata terra vestra qui fuit memorati timothei monachi vestri et inter memoratum gualdum nostrum: Ita ut av odiernam die et semper neque a nobis memorato gregorio domini gratia episcopo: memorate sancte sedis neapolitane ecclesie neque a posteris nostris nec a memorato sancto episcopio nostro neque a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos memorato sergio venerabili ygumeno aut posteris tuis nec memoratus sanctus vester monasterius quod absit numquam abetis exinde de memoratam terra qui vos a nos tetigit ut super legitur neque de memorata terra vestra qui fuit memorati timothei monachi vestri qualiter et quomodo per memoratis finis et terminis seu passi exegregavimus ut super legitur habeatis quacumque requisitionem aut molestiam a nunc et in perpetuis temporibus: quia ita nobis stetit adque combenit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis: tunc compono ego et posteris meis sanctoque nostro episcopio vobis vestrisque: posteris auri libras una bythiantea et ec chartula securitatis combenientie ut super legitur sit firma: scripta per manum iohanni Curialis scribendam rogavi per memorata nona indictionem †

† gregorius episcopus subscripsi †

† ego gregorius filius domini sergii rogatus a suprascripto domino gregorio episcopo testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α ССΤΟ ΔΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟ ΤΕΣΤΙ ΣΟΥΒ †

† ego gregorius filius domini iohanni rogatus a suprascripto domino gregorio episcopo testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi die et indictionem per memorata nona †

CXX.

an. 966. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno sexto. sed et niciphoro et Constantino magnis imperatoribus anno tertio. Die duodecima mensis martii indictione nona neapoli: Certum est me iohannem filium quondam theodori et quondam maru iugalium personarum. una cum voluntate anne coniúgi meae: A presenti die promtissima voluntate promitto vobis domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. propter omnes terras et holibetas seu silvis et fundoras insimul quantas et quales tenetis foris flubeum omnibusque. eis generaliter pertinentibus: quia numquam presummo ego aut heredes meis nec abeamus licentiam vos aut posteris vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio aliquando exinde querere per nullum modum nec per summissis personas nec per nullum hummano arbitrio. eo quod impagatione accepi a vobis exinde integra mea sanatione in omnem decisione seu deliberationem. Quia ita mihi complacui: Si autem nos memoratis iugales aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam promissionis securitatis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis tunc componimus vobis posterisque. vestris auri solidos trigintasex bythianteos: et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum scripta per manus iohanni curialis scribere rogavi per indictione memorata nona †

Hoc signum † manus memorati iohanni cum voluntate memorate anne coniugi sue quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorata sana....

† ego leo filius domini stefani monachi rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascripta sanatione confessus percepisse †

† ego gregorius filius domini marini rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascripta sanatione confessus percepisse †

† ego gregorius filius domini cesarii rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascripta sanatione confessus percepisse †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata nona †

CXXI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno sexto: sed et niciforio et constantino magnis imperatoribus anno tertio: die vicesima sexta mensis martii indictione nona neapoli: Certum est nos sergium umilem ygumenum monasterii sanctorum sergii et bachi asque theodori et sebastiani qui nominatur casapicta situm in buridiarium. una cum cunta congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii: A presenti die promtissima voluntate cessimus et tradidimus tibi petro filio quondam domini basilii: Idest integra domum qui fuit quondam drosu cui supra nomen somma thia tua filia quondam domini leoni habii tui posita in anc civitate neapoli in vico qui nominatur deposulum qui et armentario dicitur una cum aeribus et aspectibus et cum gradis marmoreis et solareum et cum portione de curte communi in quo est ecclesia sanctorum cosme et damiani et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus. et nobis pertinet per dispositum quod fecit memorata thia tua cum quondam petro centimolario viro suo quem et ipsum dispositum apud nos abemus. et coheret sivi ab uno latere a parte horientis domum marie exadelfa tua. et a parte occidentis coheret memoratus vicus pubblicus et a parte septemtrionis coheret domum tua. et a parte meridiana coheret memorata curte commune: de qua nihil nobis exinde aliquod remansit aut reservavimus nec in aliena cuiusque: persona quod absit commisimus aut iam commictimus potestate: Ita ut a nunc et deinceps memorata domum qui fuid memorate drosu cui sopra nomen somma thia tua que ponitur in memorato vico qui nominatur deposulum cum aeribus et aspectibus et cum gradis marmoreis et cum solareum suum et cum portione de memorata curte commune et cum introitum suum et omnibus. unde nihil nobis exinde remansit quatenus et per memoratas coherentias tibi eos insinuavimus nos ut super legitur a nobis tibi sit cessum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestate quidquid exinde facere volueritis et neque a nobis memorato sergio umile igumeno una cum cunta congregatione memorati sancti et venerabilis nostri monasterii nec a posteris nostris nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam exinde abeatis quacumque requisitione aut molestia tan tu qui nominaris petro quamque

tuis heredibus per nullum modum nec per summissis personis in perpetuis temporibus. et tu et tuis heredibus vos vobis exinde defensores essere deveatis da parentibus et consortibus. nostris asque: omni nostra et de posteris nostris damnietate pro eo quod exinde accepimus a te idest auri solidos sex bythianteos sicut inter nobis comvenit. verumtamen promictimus tibi ut si tibi tuisque heredibus necessum fuerit memoratus dispositum memorati petri centimolarii et memorate drosu cui supra nomen somma iugales tunc nos et posteris nostris tibi tuisque heredibus: eum at relegendum monstrare deveamus ubicumque vobis necessum fuerit: Verumtamen stetit inter nobis ut memorata domum cum omnibus sivi pertinentibus vite maroccie filia memorate drosu cui supra nomen somma thia tua in sua sint potestate tenendi et dominandi seu abitandi. et at suum transitum memorata domum cum omnibus sivi pertinentibus ut super legitur in tua tuisque heredibus rebertantur potestate quidquid exinde facere volueritis ut ita inter nobis stetit: si autem nos aut posteris nostris quobis tempore contra hanc chartulam cessionis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et posteris nostris tibi tuisque: heredibus auri solidos triginta sex bythianteos et hec chartula sit firma scripta per manus petri scriptoris discipulo domini gregorii curiali et scriniarii per memorata nona indictione ✝

et hoc memorati sumus ut vos vobis et heredes vestris exinde defensores exere deveatis et nos et posteris nostris exinde indemnes et securi maneamus etiam ipsos solido nobis et at posteris nostris non queratis nec tu nec tuis heredibus ✝

✝ ΣΕΡΓΗΟΥΣ ΗΓΟΥΜΕΝΟΥΣ ✝

✝ ΙΩ ΠΡΕΣΒ ΣΟΥΒ ✝ ✝ ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥΣ ΠΡΕΒ ΣΥΒ

✝ ΙΩ ΠΡ ΜΟΝ ΣΥΒ ✝

✝ ego gregorius filius domini marini rogatus a suprascripto ygumeno et a suprascripta congregationes testi subscripsi et suprascripto solidos confessos percepisse ✝

✝ ego iohannes curialis rogatus a memorato ygumeno et a memorata Congregatione testi subscripsi et memoratos solidos confessus percepisse ✝

✝ ego iohannes filius domini leoni rogatus a suprascripto igumeno et suprascripta congregatione testi subscripsi et suprascripto solidos confessus percepisse ✝

CXXII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperantè domino nostro basilio magno Imperatore anno sexto. sed et niciphoro et constantino magnis imperatoribus anno tertio. Die tertia decima mensis magii indictione nona neapoli: Certum est me petrum filium quondam domini marini monachi qui supra nomen sillicti: A presenti die promtissima volumtate venumdedi et tradidi vobis domino sergio venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. IDest integras sex uncias meas ex integrum palmentum fabritum et de susceptorium suum et de terra in quo factum est et de ulmis secus eodem palmentum posita vero inter fundum meum et fundum vestrum quod est in loco qui vocatur giniolo una cum introitum suum omnibusque sivi pertinentibus qui indivisas reiacet cum alias et similes sex uncias vestras: De qua nihil mihi exinde remansit aut reserbavi nec in alienam personas commisi potestatem: et ha nunc et deinceps a me vobis sit venumdatas et traditas in vestra posterisque vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio sint potestatem quidquid exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem. et neque a me memorato petro neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memoratus dominus sergius venerabilis ygumenus aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis vobis posterisque vestris exinde ab omnis homines omnique persona in omnibus antestare et defensare promittimus imperpetuum. pro eo quod in presenti accepi á vobis exinde idest auri tari dui in omnem decisionem seu deliberationem: Quia ita inter nobis combenit: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque vestris auri solidos sex

an. 966.

bythianteos: et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum scripta per manus gregorii Curialis scribere rogavi per indictione memorata nona †

Hoc signum † manus memorati petri quod ego qui memoratos pro eum subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† ΕΓΟ ΙΟΑΝΝΕϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΠΕΤΡΟ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ ΕΘ ϹϹΤΙ ΤΑΡΙ ΚΟΝΦ ΠΕΡΚΕΠΙϹϹΕ †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascripto petro testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego stefanus filius domini iohannis monachi rogatus a suprascripto petro testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† Ego gregorius Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per indictione memorata nona †

CXXIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno septimo. sed et niciphoro et constantino magnis Imperatoribus anno quarto. Die nona mensis septembrii indictione decima neapoli: Certum est me maria honesta femina filia quondam domini iohannis relicta autem quondam domini leoni. A presenti die promtissima voluntate pro mercede et redemtionis anime memorati viri mei. Offero et trado vobis domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. IDest ex partem de campum memorati viri mei qui vocatur casa arsita posita vero in quarto maiore quod est in gamma hoc est a parte horientis secus via publica qui vadit inter hoc et inter campum vestrum una cum introitum suum omnibusque sivi generaliter pertinentibus. Coherente sivi ad ipsum quem vobis nunc offerui hab uno latere parte hoccidentis reliquum quod mihi exinde reservavi sicuti inter se exfinat quattuor termines et una robor signata qui est in illu egripum et havet ibi de longitudine ab ipsa robore signata et usque ad ipsum quartum termine qui est a parte meridiana passos centum unum ipsa vero robor signata est longe ab ipsum primum termine passos duos. et ex alio latere parte horientis memorata via publica et terra bestra qui est intus ipsa gamma sicuti inter se termines discernitur. De uno capite parte semptemtrionis est memoratum egripus et havet ibi de latitudine a memorata robore signata qui est directum cum memoratum primum termine et usque ad termine qui est secus eadem via publici passos viginti quinque. et in secundo termine havet de latitudine per ipsa gamma usque ad alium secundum termine qui est iuxta predicta via qui exfinat inter hoc et inter memorata terra vestra passos viginti nobem. De alio capite parte meridiana est iterum reliquum quod mihi exinde reservavi et havet ibi de latitudine a memoratum quartum termine et usque ad termine qui exfinat inter hoc et inter ipsum meum et inter ipsa terra vestra qui est intus ipsa gamma passos decem et septem et medium ab ipso termine vadit finiendo in parte ho-

an. 966.

*

rientis usque ad termine qui est secus eadem via publici inter ipsa terra vestra et inter ipsum quod mihi reserbavi. Insimul vero memorati passi sunt mensurati ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesiae: De qua nihil mihi intus memoratas coherentias remansit aut reservavi nec in alienam personam commisi potestatem. Ita ut ha nunc et deinceps memoratum ex parte ex ipsum campum memorati viri mei qui vocatur casa arsita situm in quarto maiore quod est in gamma cum introito suo omnibusque sivi pertinentibus. unde nihil mihi exinde remansit aut reserbavi quatenus per ipsas coherentias et per ipsos termines et per memoratos passos vobis eum insinuavi sicut superius legitur a me vobis et per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio sint oblatum et traditum in vestra posterisque vestris sint potestatem quidquid exinde facere volueritis. et neque a me memorata maria honesta femina neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memoratus dominus sergius venerabilis igumenus aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. eo quod nomini memorati viri mei scribere dignati estis in sacro dypticos ipsius sancti et venerabilis vestri monasterii. in omnem decisione seu deliberationem. verumtamen adfirmo vobis ut si quovis tempore vos aut posteris vestris exinde quesierint filias meas aut earum heredibus tunc licentiam et potestatem habeatis vos et posteris vestris appreendere et vos restaurare in dupplum per appretiatum de omnem mea hereditatem seu substantia ubi volueritis et ipsum quod exinde appreenseritis ut super legitur in vestra posterisque vestris sint potestatem quidquid exinde facere volueritis. Quia ita nobis complacui: Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam offertionis ut super legitur venire presumserimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque vestris auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata decima †

Hoc signum † manus memorate mariae honeste femine quod ego qui memoratos pro ea subscripsi †

† ego leo filius domini iohannis rogatus a suprascripta maria testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascripta maria testi subscripsi †

† ego iohannis filius domini sergii rogatus a suprascripta maria testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per indictione nominata decima †

CXXIV.

an. 967. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno septimo. sed et niciphoro et constantino magnis Imperatoribus anno quarto. Die vicesima sexta mensis magii indictione decima neapoli. Certum est me iohannem filium quondam sergii et quondam mariae honeste femine iugalium personarum. A presenti die promtissima volumtate venundedi et tradidi vobis domino sergio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio beatorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. IDest integra modica terrula mea sita ad illu holibetum vestrum quod est ad nonnaria territorio plagiense una cum holibis fructiferis vel infructiferis simul cum introitum suum omnibusque. sivi generaliter pertinentibus. pertinente vero mihi exinde sex uncias pro portione mea et alias sex uncias exinde emptas habeo a quondam gregoria germana mea. Coherente sivi a duobus lateribus et de duobus capitibus memoratum holibetum bestrum. De qua nihil mihi intus memoratas coherentias aliquod remansit aut reservavi nec in aliena persona commisi potestatem. Ita ut ha nunc et deinceps memorata integra modica terrula mea sita bero ad ipsum holibetum vestrum quod est ad nonnaria una cum holibis fructiferis vel infructiferis simul cum introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus. unde nihil mihi exinde remansit aut reserbavi quatenus per memoratas coherentias vobis ea insinuavi set in integro sicut superius legitur a me vobis sit venumdata et tradita in vestra posterisque vestris sint potestatem quidquid exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem et neque a me memorato iohanne neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memoratus dominus sergius venerabilis igumenus aut posteris vestris quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis vobis posterisque. vestris exinde ab omnis homines omnique persona in omnibus antestare et defensare promittimus. pro eo quod accepi a vobis exinde impresenti idest auri tari tres insuper nomini meo et memorate genitrici meae scribere dignati estis in

sacro dypticos vestros in omnem decisione seu deliberationem. Quia ita inter nobis combenit. Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque vestris auri solidos sex bythianteos: et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis scribere rogavi per indictione memorata decima ✝

Hoc signum ✝ manus memorati iohanni quod ego qui memoratos pro eum subscripsi et memorati tari traditos vidi ✝

✝ ego iohannes scriniarius rogatus a memorato iohanne testis subscripsi et memorati tari traditos bidi ✝

✝ ego stefanus filius domini aligerni monachi rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi ✝

✝ ego iohannes filius idem domini iohannis rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi ✝

✝ Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata decima ✝

CXXV.

an. 967. † In nomine domini tricesimo quinto anno principatus domini *gisulfi gloriosi* principi mense agusto decima indictione Ideoque ego mulier nomine sadelperga filia stephani de cicianu.................... .. relicta quondam cimini de eodem loco cicianu declaro me abere una petia de terra posita in loco ubi dicitur casole territorio cimiterense hoc est arbota et olibe posita pertinente mihi a supradicto cimino biro meo qui mihi per carta concessionis datam atque traditam abuit ipsa terra coeret sibi finis ab uno latere a parte occidentis pergit bia et de alio latere a parte orientis fine herede iohannis scariclati et de uno capite a parte septemtrionis fine terra heredes sergii tribuni et terra herede iohanni scariclati et de alio capite a parte meridie fine terra monasterio sancti sebastiani de ec super nominata terra qualiter finis eius predicte sunt considerabit de dei omnipotentis misericordia et pro mercede et salbationis anime mee una mecum altergriso filii palumbi beneravili sacerdoti de loco curanu exadolfo germano et abbocatore meum dum congruum nobis est bona etenim mea bolumtate offero in monasterio sancti sebastiani qui positus est in dividario quem modo at regimen detinet domino sergio agumino in eaquadam ratione ut cumtis diebus bite mee qui supra nominate sadelperge in mea sit potestate at regendum et gubernandum et frugiandum et comedendum et cumtis diebus bite mee omnes fruges super me recoligendum tantummodo cumtis diebus bite mee quando parutum sit in ista terra oleum natum fuerit exinde persolbere debeamus in ipso superscrito monasterio unum sestarium de oleum mensuratum at sextarium iustum et quando in ista terra oleum natum non fuerit exinde nobis aliquit non queratis tantum pos hobitum meum qui supra nominate sadelperge totum et in integrum cum omnia sua edificia et cum inferius et superius et cum viis et andita sua remaneat in potestate de superscripto monasterio sancti sebastiani et domino sergio aguminu ut omnes fruges ex ipsa terra in tua qui supra domini sergii igumini et de posteris tuis sit potestate tenendi et dominandi fruendi et comedendi et exinde quomodo facere volueritis verumtamen ipsa cartula quam mihi factam abuit cimino biro meus remittam ego illam aput bos ut

semper sit vobis indefensa et si aliquando tempore surrexerit qualiscumque homo magnus vel parbus qui ipsa terra vobis tollere aut contrare boluerit aut de ipso monasterio illut subtraere boluerit per qualecumque modum exinde sit vobis hobligatus at conponendum quinquaginta solidi vizantei et insuper sub anathema iaceat da trecentos decem et octo patrum et partem abeat cum iuda traditore domini nostri ihesu christi et beniat ei sicut ebenit ad athan et ad aviron qui sic vibos terras 'eos deglutibit qui ipsa terra de ipso monasterio suptraere boluerit et anc cartam offertionis firma et stavilem permaneat inperpetuum et te petrus notarius scribere rogavimus actu cicianu mense et indictione suprascripta

† ego sergius

† ego ioannes presbyter

† ego petrus presbyter

† ego iohannes presbyter

CXXVI.

an. 963. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno octabo sed et niciphoro et constantino magnis imperatoribus anno quinto. Die vicesima quinta mensis aprilis indictione undecima neapoli: Certum est nos iohannem humilem igumenum monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario una cum cuncta nostra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii: A presenti die promtissima voluntate promittimus tibi mari filio quondam iohanni mari de loco qui vocatur koranum territorio cymitirense: propter integra una terra nostra iuris memorati sancti et venerabilis nostri monasterii que vocatur et ponitur in casale ipsius cymiterense territorio. una cum arvoribus et holibis simul cum introitum suum omnibusque sivi pertinentibus que in memorato nostro monasterio obvenit per chartulam offertionis a quidem sadelperga exadelfa tua filia quondam stephani: relicta quondam cimmini de ciccianum coherente sivi hab uno latere parte horientis terra de illi scaricclati. et ex alio latere parte occidentis via pubblici. de uno capite parte septemtrionis terra heredum quondam domini sergii tribuni et terra ex ipsi scaricclati. de alio capite parte meridiana campum iuris memorati sancti et venerabilis nostri monasterii quem nobis reservavimus que vero memorata terra nostra omnibusque sivi pertinentibus qualiter memoratas coherentias circumdans dedimus tibi tuisque heredibus in colligio ad lavorandum et detinendum ha nunc et omnibus vite memorate sadelperge exadelfe tue: In eo enim tenore ut tu et heredes tuis ea omni annuo apto tempore subtus et super bene diligenter lavorare et excolere seu at meliorem cultum perducere debeatis in omnibus cum vobes vestros et conciaturia seu operarios et sumta vel omnia expensa caucumminas et vites ubi necessum fuerit omni annuo ibidem ponendi et plantandi quamque potandi et alvaciandi omnia et in omnibus vos ibi peragere debeatis et de subtus et super ea frugiare debeatis. vinum vero mundum et saccapanna seu oleum quantum omni annuo ibi deus dederit cum memorata sadelperga illud dividere debeatis per sex uncias vos exinde per-

cipiatis medietate et memorata sadelperga similiter medietate set mercedes de operarios ad vindemniandum et colligendum ipse olibis seu macenaturia ipsorum olibis de communi pargiare debeatis set tu et omnibus hominibus masculis de casa tua gratis ibi vendemniarē et colligere seu macenare debeatis et numquam presummimus nos aut posteris nostris nec habeamus licentia memorata terra nostra omnibus vite memorate sadelperge tibi tuisque heredibus tollere per nullum modum nec per summissis personis vos bene lavorantes et adimplente omnia memorata. post autem eiusdem sadelperge transitum memorata inclita terra cum arvoribus et olibis simul cum introitum suum omnibusque sivi pertinentibus in nostra posterisque nostris memoratoque sancto et venerabili nostro monasterio rebertantur et sint potestate cuius iure esse videntur. verumtamen vos cum memorata exadelfa vestra vite sue omni annuo de communi nobis posterisque nostris exinde dare et dirigere debeatis oleum sextarium unum iustum quando in ipso loco fuerit natus oleum. et quando in ipso loco oleum non fuerit natum nemine vobis eum queramus. Quia ita nobis complacui : Si autem nos aut posteris nostris quovis tempore contra hanc chartulam promissionis ut super legitur venire presumserimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos: et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata undecima †

et hoc memorati sumus ut quando memorata sadelperga ibi at recolligendum benerit vos ea enutrire debeatis ut iustum fuerit

† ΙΩ ΙΓΟΥΜΕΝΟΥC COΥΒ †

† Εγω γρεγοριουσ μοναχος σουυ †

† ΕΓΟ ΙΟΑΝΝΕC ΜΟΝ COΥΒ †

† ΕΓΟ CΕΡΓΙΟΥC ΠΡΕ ΕΤ ΜΟΝ COΥΒ †

† ego sergius filius domini iohannis monachi rogatus a suprascripto igumeno et eius congregatione testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini anastasii rogatus a suprascripto igumeno et eius congregatione testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini iohannis rogatus a suprascripto igumeno et eius congregatione testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata undecima †

CXXVII.

an. 968. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno octabo. sed et niciphoro et constantino magnis imperatoribus anno quinto die vicesima quinta mensis aprilis indictione undecima neapoli. Certum est me mari filium quondam iohanni mari commanente autem in loco qui vocatur koranum territorio cymitirense. A presenti die promtissima voluntate promitto vobis domino iohanni venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario *propter integra una* terra vestra iuris memorati sancti et venerabilis vestri monasterii qui vocatur et ponitur in casale ipsius cymitirense territorio una cum arvoribus et olibis simul cum introitum *suum omnibusque sivi* pertinentibus qui in memorato vestro monasterio obvenit per chartulam offertionis a quidem sadelperga exadelfa mea filia quondam stephani relicta quondam cimmini de ciccianum. Coherente sivi hab uno latere parte horientis terra de illi scaricclati. et ex alio latere parte hoccidentis via publici. de uno capite parte septemtrionis terra heredum quondam domini sergii tribuni et terra ex ipsi scaricclati. de alio capite parte meridiana campum iuris memorati sancti et venerabilis vestri monasterii quem vobis reserbastis. que bero memorata terra vestra omnibusque sivi pertinentibus qualiter memoratas coherentias circumdans dedistis mihi meisque heredibus in colligio ad lavorandum et detinendum ha nunc et omnibus vite memorate sadelperge exadelfe mee: In eo enim tenore ut ego et heredes meis ea omni annuo apto tempore subtus et super bene diligenter lavorare et exscolere seu at meliorem cultum perducere promittimus in omnibus cum vobes nostros et conciaturia seu operarios et sumta vel omnia exspensa caucumminas et vites ubi necessum fuerit omni annuo ibidem ponere et plantare debeamus quamque potare et propaginare et alvaciare omnia et in omnibus nos ibi peragere debeamus. et de subtus super nos ea frugiare debeamus vinum vero mundum et saccapanna seu oleum quantum omni annuo ibi deus dederit cum memorata sadelperga illud dividere debeamus per sex uncias nos exinde percipiamus medietate et memorata sadelperga

similiter medietate set mercedes de operarios at vindemniandum et colligendum ipsis olibis seu macenaturia ipsorum olibis de comune pargiare debeamus set ego et omnibus hominibus masculis de casa mea gratis ibi vindemniare et colligere seu macenare dabeamus: et nullatenus presummetis vos aut posteris vestris nec abeatis licentiam memorata terra vestra omnibus vite memorate sadelperga mihi meisque heredibus tollere per nullum modum nec ,per summissis personis nos bene lavorantes et adimplentes omnia memorata. post autem eiusdem sadelperga transitum memorata integra terra vestra cum arvoribus et olibis simul cum introitum suum omnibusque sivi pertinentibus in vestra posterisque vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio rebertantur et sint potestatem cuius iure esse videtur. verumtamen nos cum memorata sadelperga vite sue omni annuo de communi vobis posterisque vestris exinde dare et dirigere debeamus oleum sextarium unum iustum quando in ipso loco natus fuerit oleum et quando in ipso loco oleum non fuerit natum nemine vobis eum queratis et quando memorata sadelperga ibi ad recolligendum benerit nos ea enutrire debeamus ut iustum fuerit. Quia ita nobis complacui: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam promissionis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque vestris auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula qualiter continet sit firma : scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata undecima †

† Hoc signum † manus memorati mari quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego stefanus filius domini iohannis rogatus a suprascripto mari testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini anastasii rogatus a suprascripto mari testi subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis monachi rogatus a suprascripto mari testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata undecima †

CXXVIII.

an. 968. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno octabo. sed et niciphoro et constantino magnis imperatoribus anno quinto. Die undecima mensis augusti indictione undecima neapoli: Combenit itaque cum domini auxilio inter me ursum filium quondam domini petri monachi et quondam domini heufimie qui supra nomen gemme monacha iugalium personarum. pro vice et portione mea tam pro vice et portionibus gregorii et basilii germanis meis. et vos videlicet domino iohanne venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. et impresenti dedi et tradidi vobis integra portiones mea et ipsorum germanis meis ex integrum casalem qui fuit quondam domini ursi et domine anne honeste femine iugalibus aviis meis constitutum in loco qui vocatur giniolum una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas suas omnibusque eis pertinentibus. quamque dedi et tradidi vobis integra portionem mea et ipsorum germanis meis de quantum est olibetum situm in casapauli qui fuit ipsorum haviis meis una cum introitum suum omnibusque sivi pertinentibus. De qua nihil mihi nec ipsorum germanis meis ex his omnibus memoratis aliquod remansit aut reservavi nec in alienas personas commisi potestatem. et ha nunc et deinceps in vestra posterisque vestris sint potestatem queque exinde facere volueritis. et neque a me memorato urso neque a memorato gregorio et basilio germanis meis neque a meis vel eorum heredibus nullo tempore numquam vos memoratus dominus iohannes venerabili igumeno aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis memoratis germanis meis et heredes eorum et quidem maru honesta femina coniugi meae et heredes eius vobis posterisque vestris exinde desuper tollere promittimus absque omni vestra damnietate nulla vobis mittentes hoccansionem. eo quod vos cum cuncta vestra congregatione monachorum mihi

spopondistis quatenus nullatenus vos aut posteris vestris querere aut contrare mihi nec at ipsorum germanis meis meisque et eorum heredibus de integra portione memorate genitrici meae de reliquas omnes terras de foris flubeum qui fuerunt memoratis haviis meis per nullum modum nec per summissas personas imperpetuis temporibus. Quia ita nobis complacui: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam combenientiae ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissas personas. tunc componimus vobis posterisque vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos trigint a sex bythianteos:. et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis scribere rogavi per indictione memorata undecima †

et hoc memorati sumus quia ipse casale de giniolum ponitur in loco qui vocatur quarto pittulum

† ego ursus subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascripto urso testi subscripsi †

† ego theodorus filius domini cesarii rogatus a suprascripto urso testi subscripsi †

† ego aligernus filius domini leoni rogatus a suprascripto urso testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata undecima †

CXXIX.

Christe fave.

an. 968. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno octavo sed et niciphorio et constantino magnis imperatoribus anno quinto die quintadecima mensis augusti indictione undecima neapoli. Visus namque fuit quondam iohanni sirrentino qui fuit de camora.......... viro et genitori nostro videlicet rosa et maria qui marenda clamatur et drosu oc est genitrice et filias: Vendere tibi videlicet petro libertinus quondam domini petri sirrentini. Idest integra una terra sua que vocatur ad illum curtaneum posita vero in loco qui vocatur portici una cum arvoribus et introitum suum et omnibus eis pertinentibus. oc est in auri tari septem et in una bellosa............. per neglegentiam de die in die minime da ipso viro et genitori nostro ipsa chartula comparationis appreensisti. nunc autem constrinxisti nos quatenus pro vice de ipso viro et genitori nostro ipsa chartula tibi faceremus sicuti ipse viro et genitori nostro tibi facere debui. Idcirco nos memorata rosa et maria qui marenda clamatur et drosu hoc est genitrice et filia. ego vero memorata maria qui marenda clamatur cum voluntate stephani viri mei et ego memorata drosu cum voluntate leoni viri mei confirmamus et venundedimus et tradidimus tibi memorato petro. Idest memorata integra terra qui fuit memorati viri et genitori nostri qui vocatur ad illum curtaneum posita vero in memorato loco portici. una cum arvoribus et introitum suum omnibusque sivi pertinentibus. Coherente sivi de una parte terra tua que tu comparatam habes sicuti inter se terminis exfinant. de alia parte terra stephani et sergii cognati et thi nostri qualiter inter se terminis exfinat. ex alia parte via publica. a vero alia parte terra ecclesie sancte marie que nominatur at media. de quibus nihil nobis exinde aliquod remansit aut reserbavimus nec in aliena persona comisimus potestate et ha nunc et deinceps a nobis tibi sit confirmata et tradita in tua tuisque: heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis. et neque a nobis memorata rosa et maria qui marenda clamatur et drosu oc est genitrice et filia ego

vero memorata maria qui marenda clamatur cum voluntate memorati stephani viri mei et ego iam dicta drosu cum voluntate memorati leoni viri mei neque a nostris heredibus nullo tempore numquam tu memorato petro aut heredes tuis quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis in perpetuum. Insuper omni tempore nos et heredes nostris exinde av omnis homines omnique persona in omnibus tibi tuisque heredibus antestare et defensare debeamus. eo quod ut superius diximus ipse viro et genitori nostro a te accepi memoratis auri tari septem et bellosa. Si autem nos aut heredes nostris quobis tempore contra hanc chartulam confirmationis venditionis ut super legitur venire presumserimus et minime atinpleberimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos sedecim bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii scriptoris discipulo domini petri curialis scribere rogatus per indictione memorata undecima †

hoc signum † manus memorate rose et marie qui marenda clamatur et drosu oc est genitrice et filias memorata maria qui marenda clamatur cum voluntate memorati stephani viri sui et memorata drosu cum voluntate memorati leoni viri sui quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari et bellosa confessus percepisse †

† ego stefanus filius domini cesari rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari et bellosa confessus percepisse †

† ΕΓΟ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α ССΤΙС ΠСΟΝΑС ΤΕСΤΙ СΟΥΒ ΕΘ ССΤΙ ΤΑΡΙ ΕΘ ΒΕΛΛΟСΑ ΚΟΝΦ ΠСΕΠΙССΕ †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥС ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥС Α ССΤΑС ΠСΟΝΑС ΤΕСΤΙ СΟΥΒ ΕΘ ССΤΙ ΤΑΡΙ ΕΘ ΒΕΛΛΟСΑ ΚΟΝΦ ΠСΕΠΙССΕ †

CXXX.

an. 968. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno nono sed et niciphoro et constantino magnis imperatoribus anno sesto. Die octaba mensis decembrii indictione duodecima neapoli: Certum est me maria honesta femina filia quondam domini basilii et quedam domina anne honeste femine iugalium personarum una cum volumtate presenti domini stephani viri mei. A presenti die promtissima volumtate commutavi et tradidi vobis domino iohanni venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. IDest integrum fundum meum qui est imbela constitutum bero in loco qui vocatur nonnaria una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum integra pischinella qui ibi esse videtur simul cum introitum suum omnibusque. sivi generaliter pertinentibus. pertinente bero mihi a memorata genitrice mea pariter et me in portione tetigit a vos ipsis et a ceteris consortibus meis. Coherente sivi hab una parte ab horiente campum vestrum qui est holibetus. et ex alia parte a septemtrione terra domini iohanni filio domini stephani kata domini ypatiae et terra mea et subscripta terra vestra sicuti inter se via exfinat. De alia autem parte a meridiana et in aliquantum ab hoccidente terra quidem niceta Kanonarchi et terra communalem mea et vestra et de ipsorum ceteris consortibus nostris sicuti inter se sepis exfinat: De qua nihil mihi intus memoratas coherentias aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personam commisi potestatem. Itaut ha nunc et deinceps memoratum integrum fundum meum qui est imbela situm ad nonnaria una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum memorata pischinella qui ibi esse videtur simul cum introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus unde nihil mihi exinde remansit aut reservavi quatenus per memoratas coherentias vobis eum insinuavi set in integro sicut superius legitur a me vobis sit commutatum et traditum in vestra posterisque. vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio sint potestatem quidquid exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem: et neque a me memorata maria ho-

nesta femina cum volumtate memorati domni stephani viri mei neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memoratus dominus iohannes venerabilis igumenus aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. propter quod ad vicem in commutationis recompensationisque. accepi a vobis hoc est memorata integra petiola de terra vestra una cum holibis qui ibidem sunt simul cum introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus qui vos tetigit a me ipsa et ab ipsorum ceteris consortibus nostris et vobis pertinet pro offertione a quondam domino urso thio meo. Coherente sivi a parte horientis et septemtrionis terra portioni meae et a parte hoccidentis terra domine rodelgrimme. a meridiana quoque parte memorata via. unde nihil vobis intus memoratas coherentias reserbastis sicuti et quomodo mea continet chartula commutationis que vos cum cuncta vestra congregatione monachorum mihi exinde fecistis in omnem decisione seu deliberationem tantummodo stetit nobis ut si quovis tempore quavis persona ex ipsis consortibus nostris quesierit portione habere in memorata pischinella et vos exinde vincerit tunc ego et heredes meis indemnis et securis exinde maneamus insuper stetit nobis ut quandoque ego aut heredes meis direxerimus pro tempore in memorato loco hominibus nostris ad colligendum holivis nostris et tunc vos aut posteris vestris habueritis aquas in pischina vestra tunc ad eis exinde dare debeatis quantum ad eis necessum fuerit donec ibi fuerint ad colligendum ipse olibis nostris. Quia ita inter nobis combenit: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam commutationis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas. tunc componimus vobis posterisque. vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis scribere rogavimus per indictione memorata duodecima ✝ et hoc memorati sumus ut liceas me et heredes meis facere macenare in oliarias vestras dum eas ibi habueritis omnes olibas proprias nostras quas ibi habuerimus ad omni nostro expendio et nullam nobis exinde queratis tollere vos aut posteris vestris omni annuo. et si aliter feceritis in memorata poena subiaceatis ✝

Hoc signum † manus memorate mariae honeste femine quod ego qui memoratos pro ea subscripsi †

† ΕΓΟ ϹΤΕΦΑΝΟΥϹ ϹΟΥΒ †

† ΕΓΟ ϹΕΡΓΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟϹ ΙΟΥ-ΓΑΛΕϹ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΜΟΝ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟϹ ΙΟΥΓΑΛΕϹ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟϹ ΙΟΥΓΑ-ΛΕϹ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi at absolvi die et indictione memorata duodecima †

CXXXI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno: nono: sed et niciforio et constantino magnis imperatoribus anno sexto: die tertia mensis: ianuarii indictione duodecima neapoli: Certum est me sergio qui nominatur matanulo filio quondam ursi avitatores de loco qui vocatur centura territorio liburiano: A presenti die promicto tivi domino stephano militi filio quondam domini leoni dudum militi postmodum vero monacho: propter quod tu memorato domino stephano dedistis mihi at lavorandum kampum tuum qui vocatur turinianum positum in memorato loco territorio liburiano quod sunt: modia quindecim: in eo enim tenore ut ego illos auto tempore vene et diligenter lavorare et semminare deveas omni annue at homni meo expendio: et quodcumque ividem homni annue mihi dominus deus dederit super me illos tollere et levare deveas: tantummodo ego tivi exinde homni annue dare et atducere deveas exinde in dubplum terraticum homni annue de quod ividem per tempore semminaverimus: sine omni ammarikationem: quia ita nobis placuit: Si autem aliter fecerimus de ihis homnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis: tunc compono ego et heredibus meis tivi tuisque heredibus: auri solidos duodecim bytianteo. et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manu leoni curialis per memorata duodecima indictione † an. 969.

hoc signum † manus memorati sergii qui nominatur matanulo quod ego qui memoratos ab eum rogitus pro eum subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis monachi rogatus a suprascripta persona testi subscripsi †

† ego ursus filius domini petri rogatus a suprascripta persona testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini petri rogatus a suprascripta persona testi subscripsi †

† Ego leo Curialis post subscriptionem testium Complevi et atsolvi per memorata indictione †

CXXXII.

an. 969. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno nono: sed et niciforio et constantino magnis imperatoribus: anno sexto: die secunda mensis: ianuarii indictione: duodecima neapoli: Certum est me petro filio quondam ursi: avitator de loco qui vocatur arbustulo territorio liburiano: a presenti die promicto tivi domino stephano militi filio quondam leoni dudum militi postmodum vero monacho propter quod tu memorato domino stephano dedistis mihi at lavorandum de kampum tuum qui vocatur turinianum positum: in memorato loco territorio liburiano. quod sunt modia sex: in eo enim tenore ut ego illos auto tempore vene et diligenter lavorare et semminare deveas omni annue at homni meo expendio: et quodcumque ividem in memorato semminato homni anue mihi dominus deus dederis super me illos tollere et levare deveas: tantummodo ego tivi exinde homni annue dare et aducere deveas exinde in dubplum terraticum homni annue de quod ividem pro tempore seminavero. sine omni ammarikationem: quia ita nobis placuit: si autem aliter fecerimus de ihis omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis tunc componimus tivi tuisque heredibus: auri solidos duodecim bytianteos et hec chartula placiti ut super legitur. sit firma scripta per manus leoni curialis per memorata duodecima indictione †

hoc signum † manus memorati petri quod ego qui memoratos ab eum rogitus pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascripto petro testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii rogatus a suprascripto petro testi subscripsi †

† ego theodorus filius domini ursi rogatus a suprascripto petro testi subscripsi †

† Ego leo Curialis post subscriptionem testium Complevi et asolvi per memorata duodecima indictionem †

CXXXIII.

† In nomine domini salbatoris nostri Iesu Christi vicesimo sexto anno an.
principatus domini paldolfi quam et primo anno principatus domini landolfi 969.
filii supradicti domini paldolfi gloriosi principis mense ianuario duodecima indictione seu et tertio anno domini alderici venerabilis episcopi quo deo fabente sancte dei genitricis et virginis marie sancte calatensis sedis consecratus est antistes : Sicut canònica continent decreta nulli licitum est ubicumque construere horatoria. absque notitia : et licentia episcopi cuius diocesi subiacet ; Nam omnes ecclesie et cuncta oratoria in dicione debent esse presulis. in cuius diocesi esse bidentur. Quamobrem nos prephatus aldericus gratia dei antistes tam episcopali auctoritate fulti quam precessorum nostrorum fulti exemplar Quamplurimas ecclesias liberas fecerunt : Precatu cesarii archipresbiteri nostri dilecti cum consensu sacerdotum ac levitarum ceterorumque ordinum clericorum. praephate nostre sedis. per hoc nostrum roboreum preceptum concessimus ut ecclesia vocabulo sancte crucis qua.......... martino et alperto et filiis isi. petro. et beato. cum nepote suo petro cum fratribus suis. gizzo. et gautio iaquinto et civati sapatino et grimoaldo et urso filio bernardi. leo. mun......... iohanne. rocco filio rocchi. quam vos in propria hereditate a nobo fundamine construxisti in finibus casanòba propinqua loco ubi nominatur pauciano sit absoluta libera amodo et deinceps ab omni condicione episcopalis iurisdictionis quemadmodum nullò alio tempòre quilibet nostrorum successorum presulum seu sacerdotum vel cuiusque gradus clericorum in eadem ecclesia dominandi licentiam habeat vel censum aliquem aut reditum exigat de ea vel de cunctis pertinentiis eius : Nullique alteri ecclesie subiaceat set in sola vestra heredumque vestrorum potestate subiaceat cum integris omnibus rebus et pertinentiis praephate ecclesie eo quod in proprio territorio vestro est constructa. et licentiam et potestatem abeatis vos. et heredes vestris semper in eadem ecclesia ordinare sacerdotes quales vos et heredes vestri volueritis : et potestatem et licentiam habeatis vos et vestris heredibus ordinare tam dictum sacerdotem sicut supradiximus : Quam isdem nostre absolutionem ac libertatis emunitatem a nullo ex nostris remoberi successoribus per

deum omnipotentem simplum et trinum eiusque omnes sanctos adiuramus et presbiteros quos vos: et heredes vestri ibidem ordinaberitis non habeamus potestatem nos aud successores nostros licentiam illos excomunicare nisi per certam et probatam culpam. et ud ab eis hoc libertatis scriptum incunctanter credatur. Sigillo nostro continente scriptum nomine sancte dei genitricis et virginis marie affiximus roboratum. Quam videlicet libertatis absolutionem tibi maraldo presbiteri sacerdoti et bibliothecario nostro scribere iussimus : Et pro confirmatione supradictorum omnium secundum consuetudinem preceptorum manu nostra subscripsimus :

† Ego maraldus presbiter et bibliothecarius ex iussione domini alderici episcopi me subscripsi :

† Ego qui supra cesarius archipresbiter et iudex

† Ego petrus petrus presbiter et monachus ex iussione domini alderici episcopi me subscripsi

† Ego grimoaldus presbiter ex iussione domini alderici episcopi me subscripsi

† Ego iohannes presbiter ex iussione domini alderici episcopi me subscripsi

† Ego iohannes presbiter ex iussione domini alderici episcopi me subscripsi

† Ego andenolfus diaconus ex iussione domini alderici episcopi me subscripsi

VENE VALETE

CXXXIV.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno decimo sed et niciphorio et constantino magnis imperatoribus anno septimo die. septima mensis ianuarii indictione tertia decima neapoli: Certum est me stephanus umilis abbas monasterii sancti angeli at terrentianum. Una cum cucta congregatione monachorum nostrorum nominati sancti et venerabilis nostri monasterii. A presenti die promtissima voluntate. Venundedimus et tradidimus tibi domino iohanni venerabili presbytero. custus ecclesie sancti.............. leoni: IDest inclita una petia de terra iuris memorati sancti et venerabilis nostri monasterii qui vocatur at muri cintu positum in loco qui vocatur casapagana in foris gripta cum arvoribus et introitum suum et omnibus eis pertinentibus. qui coheret sivi de uno latere terra heredes quondam domini domini petri monachi brancactii. et de alio latere terra heredes quondam sergii castellani. et de uno capite terra domini stephani malacobae et de alio capite via publica. etiam et duas chartulas. continente nominata terra. quarum una chartula quas mihi fecit iohannes filio quondam domini theofilacti monachi. una cum consensum et voluntate presenti maru coniuge sua. et alia chartula quas mihi fecit iohannes erario filium quondam davit herarii. in presentis aput te remisimus cum omnia que continet: Unde nihil nobis neque in memorato sancto et venerabili nostro monasterio. exinde aliquot remansit. aut reserbavimus nec in aliena cuiusque persona quod avsit comisimus aut iam comictimus potestate; Ita ut a nunc et deinceps. iamdicta inclita una petia de terra iuris memorati *sancti et venerabilis nostri* monasterii qui vocatur at muri cintu posito in nominato loco casapagana in iamdicto loco foris gripta cum arvoribus et introitum.................. et omnibus eis pertinentibus. sicuti et quomodo memoratas coherentias. ea essegregat. sicut. superius legitur in presentis a.............. sit venundatas et traditas et in tua tuisque heredibus sit potestate quidquid exinde iudicare que volueritis semper liberam in omnibus..................

an. 970.

abeatis potestate: et neque a me memorato stephano umilis abbas una cum cucta congregatione monachorum. nostrorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii neque a nostris posteris vel a memorato sancto et venerabili nostro monasterio nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memoratus dominus iohannes venerabilis presbytero aut heredes tuis abeatis exinde quacumque requesitione. aut molestia per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus. pro eo quod in presentis accepimus a te exinde auri solidos quindecim bythianteos sicut inter nobis combenit. Si autem nos vel posteris nostris quobis tempore contra hanc chartula venditionis ut super legitur venire presumserimus et minime atinpleverimus hec omnia memorata per..........
aut summissis personis tunc conponimus tibi tuisque heredibus. auri solidos trigintam bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manum sergii scriptoris discipulo domini petri Curialis scribere rogatus per indictione memorata tertiadecima †

† ego stefanus abbas subscripsi †

† ego sergius presbyter et monachus subscripsi †

† ego iohannes presbyter et monachus subscripsi †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΑΒΒ ΕΘ ΕΟΥϹ ΚΟΝΓΡΕΓΑΖΙΟΝΕ ΤΕϹΤΙ............ ϹϹΤΟ ϹΟΛΙΔΟϹ ΚΟΝΦ ΠΕΡΚΕΠΙϹϹΕ †

† ego gregorius filius domini petri rogatus a suprascripto abbate et eius congregatione testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

CXXXV.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante do- an.
mino nostro basilio magno Imperatore anno decimo. sed et niciphorio et 970.
constantino magnis imperatoribus anno septimo die sextadecima mensis ianuarii indictione tertiadecima neapoli: Certum est me sergium filium quondam domini iohannis. A presenti die promtissima voluntate hoffere et hoffero atque trado tibi domino stephano venerabili abbati monasterii sanctorum severini et sossi hubi eorum venerabilia quiescunt corpora. et per te in memorato sancto et venerabili vestro monasterio: IDest inclitas duas petias meas de terra positas in loco qui vocatur casapagana in foris gripta cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas suas et omnibus eis pertinentibus. et coheret ab una ex ipse petie a duabus lateribus terra memorati tui monasterii: et de uno capite terra memorati tui monasterii et terra leoni cognati mei: et a memorata alia petia coheret de uno latere terra memorati vestri monasterii et de alio latere terra de illi aurimini. et terra iohanni filio domini sergii monacha. et de uno capite terra memorati leoni cogati mei. et ex alio capite via publica et ex alio capite de memorata prima petia iterum est memorata via publica: Unde nihil mihi exinde aliquot remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque persona quod absit comisi aut iam comicto potestate: set sicut superius legitur in tua tuisque posteris et de memorato vestro monasterio sint potestate quidquid exinde facere volueritis: et neque a me memorato sergio neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato domino stephano venerabili abbati aut posteris tuis vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio habeatis exinde quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis inperpetuum: Si autem ego vel heredes meis quobis tempore contra hanc chartula offertionis ut super legitur benire presumserimus et minime atinpleverimus hec omnia memorata per quolibet modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio auri

solidos viginti quattuor bythianteos et hec chartula hoffertionis ut super legitur sit firma. scripta per manus petri curialis scribere rogatus per indictione memorata tertiadecima † hoc signum † manus memorati sergii. quod ego qui memoratos ab eum rogitus pro eum subscripsi: het oc recordamus quia palmentum meum fabritum cum suscettorium suum qui in una de memorate terrule est sit iterum vobis offertum et in vestra sit potestate quidquid exinde facere volueritis.

† ΕΓΟ ΑΝΑCΤΑCΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟ CΕΡΓΙΟ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΝΑCΤΑCΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟ CΕΡΓΙΟ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ΕΓΟ CΕΡΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟ CΕΡΓΙΟ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata tertiadecima †

CXXXVI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno decimo: sed et niciphorio et constantino magnis imperatoribus anno septimo: die vicesima mensis februarii indictione tertiadecima neapoli: Certum est me sellecta que nominatur spensa filia quondam relicta quondam iohanni: A presenti die promtissima volumtate venumdedi et tradidi tibi domino iohanni ferrario filio quondam domini cicini monachi: Idest integra una petiola mea de terra mea que nominatur at anglone posita in campo de miana una cum arvoribus et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: et coheret sivi ab uno latere et de uno capite terra aligerno de memorato loco miana. et de alio latere terra monasterii sanctorum nicandri et marciani. et de alio capite coheret terra memorati monasterii sanctorum nicandri et marciani. et terra de illu ravinianum: Unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reservavi nec in aliena cuiusque persona quod absit commisi aut iam committo potestate: Ita ut a nunc et deinceps memorata integra petia mea de memorata terra que nominatur at anglone posita in campo de miana cum arvoribus et introitas suas et omnibus sivi pertinentibus unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reservavi quatenus et per memoratas coherentias tibi eos insinuavi in integro ut super legitur a me tibi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis: et neque a me memorata sellecta que nominatur spensa neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam exinde abeatis quacumque requisitione aut molestia tan tu qui supra iohannes ferrario quamque tuis heredibus per nullum modum nec per summissis personis in perpetuum: insuper et av omni homine omnique persona omni tempore ego et heredes meis tibi tuisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare deveamus: propter quod accepi a te exinde in presentis idest auri tari hocto sicut inter nobis comvenit: si autem ego aut heredes meis quobis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid hoffensi fuerimus per quobis modum aut summisis personis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos duodecim

bythianteos et hec chartula sit firma scripta per manus petri curialis per memorata tertiadecima indictione †

hoc signum † manus memorata sellecta ego pro ea subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† ego iohannes filius domini dometi rogatus a suprascripta sellecta testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego ursus filius domini cesarii rogatus a suprascripta sellecta testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego petrus filius domini sergii rogatus a suprascripta sellecta testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per memorata tertia decima indictione †

CXXXVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno decimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno septimo. Die vicesima quinta mensis martii indictione tertia decima neapoli. Certum est me leonem presbiterum filium quondam idem leoni et quondam galde iugalium personarum custodem bero ecclesie sancti adiutori de loco qui vocatur patruschanum. una cum volumtate mariae bene serbienti meae: A presenti die promtissima volumtate pro domini ammore et redemtionis anime meae ut aput deum omnipotentem meritum bonum imbenire baleam. Offero et trado vobis domino iohanni venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. IDest dua modia terre sibe per passos aut per exagomum quale vobis placueris unum bero de olibetum alium autem arbustatum insimul ubi eas eligere volueretis de omnem meam hereditate de loco qui vocatur sassum territorio cymmitirense una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas suas omnibusque eis generaliter pertinentibus. De qua nihil mihi ex ipsa dua modia remansit aut reservavi nec in alienas personas commisi potestatem. et ha nunc et deinceps a me vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sint offertas et traditas in vestra posterisque. vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio sint potestatem quidquid exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem. et neque a me memorato leonem presbitero cum volumtate memorate mariae serbienti meae neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memoratus dominus iohannes venerabilis igumenus aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper promitto tibi propter reliqua omnem meam hereditatem ex ipso loco qui vocatur sassum ut si quidem petro filio meo ovierit sine proprium heredem de uxore sua tunc memorata reliqua

an. 970.

omnem meam hereditatem ex ipso loco sassum omnibusque eis pertinentibus rebertantur et sint offertum pro mea pariterque ipsius anime in memorato sancto et venerabili vestro monasterio. preter si tunc vixerit memorata maria serbienti meae frugiet illud ipsa vite sue post eius ovitum rebertantur in eodem sancto et venerabili vestro monasterio ut super legitur. Quia ita mihi complacui: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam offertionis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas. tunc componimus vobis posterisque vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos triginta sex bythianteos. et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum. scripta per manus iohannis curialis per indictione memorata tertia decima †

Hoc signum † manus memorati leoni presbiteri qui pro divina hoccupationis morti sue minime huic manum sua scripsi quod ego qui memoratos pro eum subscripsi † et hoc memoratus sum ut si memorata maria per quovis modum virum fuerit sociata nihil frugiet aliquod ex ipsa reliqua hereditate

Hoc signum † manus memorate marie quod ego qui memoratos pro ea subscripsi †

† ego sergius filius domini ursi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΙΔΕ ΔΝ· ΓΡΕΓΩΡΙΙ ΜΟΝ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCTAC ΠΕΡCΟΝΑC ΤΕCΤΙ COΥΒ †

† Ego petrus Curialis rogatus a memoratas personas testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata tertiadecima †

CXXXVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno decimo. sed et constantino magno Imperatore frater eius anno septimo. Die tricesima mensis martii indictione tertiadecima neapoli: Certum est me leonem presbiterum et monachum filium quondam idem leoni et quondam galde iugalium personarum per absolutione et subscriptione domini mei domini iohanni venerabili igumeni monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario: A presenti die promtissima volumtate Dono et trado tibi petro filio meo. IDest omnem meam hereditatem de loco qui vocatur sassum territorio cymitirense una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum olibetis simul cum introitas suas omnibusque. eis pertinentibus. excepto dua modia que exinde offerui in memorato monasterio per firmissima chartula offertionis. De qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personas commisi potestatem. et ha nunc et deinceps in tua tuisque. propriis heredibus sint potestatem quidquid exinde facere volueritis: et neque a me memorato leonem presbitero et monacho neque a meis heredibus nullo tempore nunquam tu memoratus petrus filius meus aut propriis tuis heredibus quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus. tantummodo hoc constituo ut si tu ovieris sine proprium heredem de uxore tua tunc omnia que superius tibi donavi rebertantur et sint offertum pro mea pariterque tue anime in memorato monasterio sanctorum theodori et sebastiani. Interis omnibus adfirmo ut quidem maria genitrici tue omnia que superius tibi donavi una tecum frugiare debeat vite sue si non fuerit virum sociata et si virum fuerit per quovis modum sociata nihil aliquod exinde tollat: Quia ita mihi complacui: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartula donationis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus tibi tuisque. propriis heredibus vel in memorato monasterio auri solidos triginta sex bythian-

an. 970.

teos : et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum : scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata tertiadecima †

Hoc signum † manus memorati leoni presbiteri et monachi qui pro divina hoccupationis morti sue minime huic manum sua scripsi quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ΙΩ ΗΓΟΥΜΕΝΟΥϹ ϹΟΥΒ †

† ego iohannes tabularius rogatus a memorato leone presbytero et monacho per absolutionem memorati ygumeni testi subscripsi † :

† ego gregorius filius domini marini rogatus a suprascripto leone presbitero et monacho per absolutionem suprascripti ygumeni testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini stephani rogatus a suprascripto leone presbitero et monacho per absolutione suprascripti igumeni testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata tertiadecima †

CXXXIX.

Christe fave

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno decimo. sed et niciphorio et Constantino magnis Imperatoribus anno septimo die quarta mensis aprilis indictione tertiadecima neapoli: Certum est me iohannes umilem igumenum. monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori. et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. Una cum cucta nostra congregatione monachorum nostrorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii. A presenti die promtissima voluntate promictimus tibi marino presbytero custus ecclesie nostre sancti euthimii promter memorata ecclesia nostra sancti euthimii. una cum domibus et cellis seu abitationibus et hortum. et cum omnibus rebus. et substantiis suis de intus et foris homnibusque eis pertinentibus quantum. modo tu tenere videris. ut omnibus diebus vite tue in tua sit potestate tenendi et dominandi. seu frugiandi. secundum tenore. et ordine chartule quas tibi quondam domino. gregorio presbytero et medico magistro tuo exinde fecit et at tuum transitum tu in memorata ecclesia nostra sancti euthimii dimictere debeas. Idest medium modium de terra tua que vocatur campu laudini iusta illi longuli territorio plagiense. et unum codicem tuum qui est collectarium artis medicine. seu et unum salterium. quamque et una butre. post autem tuum transitum memorata ecclesia nostra sancti euthimii. una cum domibus et cellis seu abitationibus. et hortum. et cum omnibus rebus. et substantiis. suis de intus et foris homnibusque. eis pertinentibus. ut diximus. quantum. modo tu tenere videris. et quotcumque a biribus vel a mulieribus hoffertum fuerit. et cum homnibus memoratis quas tu in memorata ecclesia nostra at tum transitum dimictere debeas ut super legitur. rebertantur at unum clericum vel presbiterum quale tu ibi relinquere et ordinare volueris. In eodem tenore ut a tunc et omnibus diebus vite sue in eius sit potestate tenendi et dominandi seu frugiandi. Ita et ipse clerico vel presbytero quale tu ibi dimiserit ibidem superresidere et abitare debeant. et

an. 970.

in eadem ecclesia nostra sancti euthimii homnem hofficium sacerdotalem canere debeant. hoc est besperos et matutinos seu missarum sollemnia. et oris laudibus. et lumenariorum concinnatione die noctuque ibi exibere debeas. ut aput deum omnipotente ei mercis atcrescat et aput ominibus laus. et de rebus ipsius ecclesie curiositer curam et sollicitudinem. abedebeas. Insuper tu et ipse omni annuo nobis posterisque nostris dare et dirigere debeatis per natibitatem domini oblatas parium. unum. et per resurrectionem domini et salvatori nostri Ihesu christi similiter hoblatas parium. unum. et numquam presummimus nos vel posteris nostris nec abeamus licentiam memorata ecclesia nostra sancti euthimii cum omnibus memoratis ex ea pertinentes quantum modo tu tenere videris et cum omnia que ibi hoblatus fuerit homnibus vite tue tibi tollere. et post tuum hobitum illut tollere. at ipsum clericum vel presbytero quem tu ibi dimiseris et ordinaberis diebus vite sue. eum foris exinde eicere aut iactare nec qualibet sacerdotem vel clericum. aut monachum vel alia quabis persona ibidem ponere per nullum modum nec per summissis personis. post autem quoque ipsius clerici vel presbyteri transitum. memorata ecclesia nostra sancti euthimi cum omnibus memoratis ex ea pertinentes ut super legitur. et cum omnibus memoratis quas tu at tuum transitum ibidem dimictere debeas ut super legitur. et cum omnia que per inbentaneum ei consignaberimus in nostras posterisque nostris memoratoque sancto et venerabili nostro monasterio rebertantur potestate cuius iure esse videtur. set si mobile ibidem hoffertum fuerit in vestras sit potestate faciendi exinde homnia que volueritis si bero immovile et codices ibi offertum fuerit post vestrum transitum in possessione memorate ecclesie nostre remanere debeas. verumtamen stetit inter nobis et firmamus. ut homnia quecumque abuerit in memorata ecclesia nostra sancti euthimii at conciandum vos illut conciare debeatis at omni vestro expendio quia ita nobis complacuit. Si autem nos aut posteris nostris vel memoratus sanctus et venerabilis noster monasterius quobis tempore contra hanc chartulam promissionis ut super legitur benire presumserimus et minime atimpleverimus de is omnibus memoratis per quobis modum. aut summissis personis tunc componimus tibi et ipsius clerici vel presbyteri quale tu ibidem ordinaberis auri libra una bythiantea. et ec chartula promissionis ut super legitur sit firma : scripta per manus sergii scriptoris discipulo domini petri curialis scribere rogatus per indictione memorata tertiadecima †

et hoc memorati sumus quia ipse clericus aut sacerdos quas tu at tuum transitum in memorata ecclesia ordinaberis ut super legitur discipulus tuus esse debeas. sin alioquin fecerimus in memorata pena subiaceamus †

† ΙΩ ΗΓΟΥΜΕΝΟΥC COYB †

† ΕΓΟ ΙΩ ΜΟΝ COYB †

† ego stefanus monachus subscripsi †

† ΙΩ ΠΡ ΕΘ ΜΟΝ COYB †

† ego gregorius filius domini marini rogatus a suprascripto ygumeno et eius congregationem testi subscripsi †

† ego masaspi filius domini maasaspi rogatus a suprascripto igumeno et eius congregatione testi subscripsi †

† ego theodorus filius domini aligerni rogatus a suprascripto igumeno et eius congregatione testi subscripsi †

† Ego sergius dudum scriptor nunc vero Curialis Complevi et absolvi per ista in qua sumus quartadecima indictione †

CXL.

an. 970. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno decimo sed et niciforio et constantino magnis imperatoribus : anno septimo : die septima : mensis : magii indictione : tertiadecima neapoli : Horta est itaque intentio inter me gemma filia quondam domini sergii et quondam domina anna honesta femina iugalibus personarum : Una cum consensum domini sergii viri mei : et te videlicet domina pitru honesta femina. filia quondam domini campuli : conius quidem domini stephani militis : de intentione que inter nos abuimus : propter una petia de fundum positum : super clibu at sanctum petrum at paternum : qui abet finis ab uno latere fundum monasterii sancti : sabastiani et ab alio latere a parte septemtrionis coheret fundum tuum memorata domina pitru qui tivi pertinet per quondam domina maria genetrice tua : et at memorata genetrice tua pertinuit : per quondam domino urso genitorem suum : abio tuo : sicuti inter se termines exfinat. et at memorato domino urso pertinuit : per commutatio que at eum fecit dominum iohannem filium quondam domini marini tribuni : et ab uno capite : coheret via compeniaria : et ab alio capite est fundum qui detinet leo exadelfo germano meo : quod est ad equale mensura : de qua dicebat pars mea : atbersus te quia memorata petia de memoratum fundum : qualiter memoratas coherentias circundant : mea est et mihi pertinet per quondam memorata domina anna genetrice mea : et at memorata genetrice mea pertinuit : per quondam domina theodonanda : avia mea genetrice sua : et ipsa avia mea in portione tetigit : a quondam memorato domino urso avio tuo : germano ipsius domina theodonanda : abia mea pars tua dicebat : apsit quia veritas non est : set memorata petia ex ipsum fundum : qualiter memoratas coherentias circundant : tuum siat et memorato domino urso abio tuo : in portione tetigisset : da memorata domina theodonanda : abia mea : propter quod ipsa domina theodonanda : abia mea : at bicem tetigisset : ipsa portio que ex ipsum fundum detinet memorato leo exadelfo meo : quod est in trabersum divisum : et est ad equalem mensura : insuper ostensistis mihi in iudicio : et una chartula securitatis : que fecerat : memorata domina theodonanda : abia mea : at nomen

quondam domini ursi: germani sui abii tui: ex ipse chartule continente: et dum multum litigium exinde: abuimus et ipse iudes qui inter nos exinde iudicandum dirèssimus: ipse chartules: relegere audisset: iudicabit inter nobis ut si potuerit: pars mea memorata gemma tivi memorata domina pitru hostensionem facere: ut quando memorata domina theodonanda: divisit: cum memorato domino urso. ipsa petia de memoratum fundum qualiter memoratas coherentias circundant: ipsa domina theodonanda: tetigisset tu ponere mihi exinde: securitatem: sin autem iuraret: pars tua mihi et dicere: ut ipsa petia ex ipsum fundum: qualiter memoratas coherentias circundant: memorato domino urso abio tuo tetigisset: in portione da memorata domina theodonanda: abia mea: et at bicem exinde: tetigisset ipsa abia mea ipsa portio quam modo detinet: memorato leo exadelfo meo: quod est ad equale mensura: et memoratum alium fundum tuum: qui est at memorata parte septentrionis: at memorato abio tuo pertinuisset: per memorata chartula comparationis: et per memorata chartula commutationis: quam mihi in iudicio: ostensistis: ego ponere tivi exinde securitatem et quia non potuit: pars mea: tivi illut: taliter ostendere: et in presentis recepi a persona: tua cum uno filio tuo memoratum sacramentum: dicente mihi ut superius atseruistis: et definivi exinde vobiscum: in omnibus: insuper definivi tecum et de integra una terra tua que vocatur silba maura: posita: in memorato loco qui abet finis: ab uno latere: terra heredes bitaliani pillari: et ab alio latere terra heredes gregorii bobbuli: ab uno capite terra que vocatur bibentium: ab alio capite coheret memorata bia: compeniaria: de qua dicebat pars mea: quia in memorata terra abuit: memorata abia mea: unu interticum iusta ipsa bia: et ea in portione tetigit da memorato domino urso abio tuo: germano suo: et pars tua dicebat: apsit quia beritas non est: set memorata integra terra qualiter memoratas coherentias circundant: at memorato domino urso abio tuo pertineat per chartule comparationis et commutationis et per chartule securitate: et ab illo tempore usque modo vos ea dominassetis: iudicatum est exinde inter nos ut si potuerit: pars mea tivi ostensionem facere: quommodo memorata domina theodonanda tetigisset: ipse interticum intus ipsa coherentia: ego retdere tivi ipsu interticum: sin autem iurare et pars tua mihi et dicere ut memorata integra terra qualiter memoratas coherentias

circundant: fuisset de memorato domino urso genitori tuo: et ad eum pertinuisset de extranea persona: per chartulas commutationis: et comparationis: seu et memorata securitatem: que nobis in iudicio: ostensistitis: ego ponere tivi exinde securitatem: et quia non potuit: pars mea tivi illos taliter ostendere et in presentis recepi a parte vestra: memoratum sagramentum: dicente mihi ut superius atseruistis: et definivi exinde vobiscum in omnibus: et amodo et semper nunquam presummimus nos aut heredibus nostris: vos aut heredibus vestris: ex ipsa fundoras aut de memorata terra: qualiter memoratas coherentias circundant: querere aut contrare per nullum modum: nec per summissis personis: inperpetuum: quia ita novis iudicatum est: si autem aliter fecerimus de ibis omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis: tunc compono ego et heredibus meis: tivi tuisque heredibus: auri solidos vyginti quactuor bytianteos: et hec chartula securitatis ut super legitur: sit firma scripta per manus leoni curiali per memorata tertiadecima indictionem †

hoc signum † manus memorata gemma: una cum consensu memorati domini sergii viri sui quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ego theodorus filius domini ursi rogatus a suprascripto iugales testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii rogatus a suprascripto iugales testi subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis monachi rogatus a suprascripto iugales testi subscripsi †

† Ego leo Curialis Complevi et absolvi per memorata tertiadecima indictionem †

CXLI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno decimo sed et constantino frater eius magno imperatore anno septimo: die vicesima tertia mensis magii indictione tertiadecima neapoli: Certum est me iohannem filiolario cui supra nomen brinculo filio quondam boni subde: cum consensi eufimia posteria coniugi meae: A presenti die promtissima voluntate Commutavi et tradidi vobis domino stephano filio quondam domini leoni et domine pitru honesta femina hoc est iugales. IDest portio de triclineum meum qui est super inferiora cellarii vestri posita in. . . . . civitate neapolis inter duos vicoras unum bicum qui vocatur birginum et alium qui nominatur bulgari regionis suma platea: qui coheret sivi ex ipsa portione de memoratum triclineum quod vobis superius commutavi ab uno latere a parte hoccidentis domum heredum domini anastasii de strogia sicuti inter se paries exfinat. de alio latere a parte horientis coheret cubuculum meum quod vobis commutavi simulque et pischinis de uno capite a parte septemtrionis est reliquum de memoratum triclineum quod in mea reserbavi potestate sicuti inter se duas singnatas exfinat. et quomodo memorate signate exfinat sic omni tempore comuniter frabricare debeamus da fine ipse singnate in parte mea a sternimentum usque at tectum: et a parte meridiana coheret curte vestra. unde vos et heredes vestris ibidem introitum abere debeatis: simulque commutavi et tradidi vobis et memoratum cubuculum meum qui coheret sivi ab uno latere a parte septemtrionis memoratis pischinis sicuti inter se parietem exfinat. et a parte horientis coheret domum petri pecorarii et de germanis suis sicuti inter se parietem exfinat: et a parte occidentis coheret memoratum triclineum quod vobis commutavi et a parte meridiana coheret memorata curte vestra unde vos et heredes vestris ibidem introitum abere debeatis: una cum aeribus et aspectibus simul et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: Unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in alienam cuiusque persona quod absit commisit aut iam commicto potestate: et a presenti die et deinceps a me vobis sint commutatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sint potestate quidquid

an. 970.

exinde facere volueritis. et neque a me memorato iohanne cui supra nomen brinculo cum consensu memorata eufimia posteria coniugi meae neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos memorato domino stephano et domina pitru honesta femina iugales aut heredibus nostris quod absit abeatis exinde quacumque requisitione aut molestia ha nunc et inperpetuis temporibus: Insuper et ab omni ommine homnique persona omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque: heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus propter quod accepi a vobis exinde in commutationis reconpensationisque: et portio de cellareum vestrum qui est subtus ipsum triclineum quod in mea reserbavi potestate: qui coheret sivi ab uno latere a parte occidentis cellareum heredum memorati domini anastasii sicuti inter se parietem exfinat: et de alio latere a parte horientis coheret memoratis pischis sicuti inter se parietem exfinat et a parte meridiana coheret cellareum vestrum quod in vestra reserbastitis potestate sicuti inter se exfinat pila fabrita et quomodo badit rectum in singnata qui est facta in parietem a parte horientis et quomodo memorata pila et memorata singnata exfinat da fine de cantone de ipsa pila qui est a parte mea et da memorata singnata in parte mea sic omni tempore ambas partes fabrire debeamus a terra usque: at sternimentum at omni commune expendium: et a parte septemptrionis coheret cellareum meum sicuti inter se parietem exfinat. et in ipsum parietem meum regia aperire debeamus unde ego et heredes meis ibidem introitum abere debeamus: insuper stetit inter nobis ut arcum betere qui est in ipsum cellareum quod vos mihi commutastitis ut super legitur: illos inde bersare debeamus pro ipsum parietem per ambas partes fabricare debeamus inter ipsa cellarea ut super legitur: tantummodo ego et heredes meis in ipsum parietem de memorata cellarea que ambas partes diximus fabricare ut super legitur: ibi ponere debeo illum cancellum meum betere qui est modo in ipsum parietem et ipse cancellus debeat benire in altum a terra in sursum per mensura passum unum et medium at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie ut non possamus respicere in memoratum cellareum vestrum per nullum modum: unde nihil vobis exinde aliquod remansit: insuper omni tempore vos et heredes vestris mihi meisque: heredibus ab omni ommine omnique persona antestare et defensare debeatis: Insuper iunsistitis mihi et

auri solidos quimque bythianteos in cantum: quia ita nobis combenit si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque: heredibus auri solidos triginta sex bythianteos et ec chartula ut super legitur. sit firma scripta per manus petri curialis scribere rogavi et testes ut subscriberent rogatus per memorata tertiadecima indictione †

Hoc signum † manus memorati iohannis fiolarii cui supra nomen brinculo cum consensu memorata eufimia posteria coniugi sue quod ego qui memoratos ab eum rogitus pro eis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† ego sergius filius domini iohannis monachi rogatus a suprascripto iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† ego iohannes tabularius rogatus a memoratos iugales testi subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† ego marinus filius domini sergii monachi rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego petrus Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per memorata tertiadecima indictione †

CXLII.

an. 970. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno undecimo: sed et Constantino magno imperatore frater eius *anno* hoctabo: die prima mensis nobembrii indictione quartadecima *neapoli*: Certum est me leonem filium quondam iohannis ... .habitator in loco qui nominatur brischanum massa ......*A presenti* die promtissima voluntate venumdedi et tradidi tibi domino cesario filio quondam domini gregorii: Idest integra portio de fundum meum *posita* in memorato loco qui nominatur brischanum: una cum arvoribus et *introitum* suum: et omnibus sivi pertinentibus: qui et coheret sibi ab uno latere a parte horientis portio ex ipsum fundum qui tibi.............. sapatino thio meo unde ad uc chartulam minime *concurrit* et de alio latere a parte occidentis est portio ex ipsum *fundum* portio petri filio laurentii thii mei qui nunc detinet........domini aligerni: et de uno capite a parte meridiana............et ex alio capite a parte septemtrionis. est fundum............... mati de memorato loco brischanum: Unde nihil mihi exinde remansit aut reservavi nec in aliena cuiusque *persona* commisi aut iam committo potestate: et a nunc memorata portione mea de memoratum fundum positum in *memorato loco* cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi *pertinentibus* sit venumdatum et traditum in tua tuisque *heredibus sit potestate* quidquid exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem et neque a me memorato leone neque a meis heredibus nec *a nobis personis summissis* nullo tempore numquam tu memorato domino cesario herario *et tuis heredibus* per nullum modum nec per summissis personis in perpetuum *insuper* et av omni homine omnique persona ex omnibus partibus..........ego et heredes meis tibi tuisque heredibus memorata portione mea *de memorato fundo* cum omnibus sivi pertinentibus in omnibus antestare et defensare deveamus: propter quod accepi a te idest auri tari septem in omnem decisione seu deliberatione sicut inter nobis comvenit. Si autem ego aut heredes meis quobis tempore contra anc chartulam ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per nullum modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque here-

dibus auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula sit firma scripta per manus petri curialis per memorata quartadecima indictione †

hoc signum † manus memorati leoni quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi et memorati tari traditos vidi † et hoc memorati sumus quia ego memoratus leo et heredibus meis tibi memorato cesario et at tuis heredibus memorata portione mea de memoratum fundum qualiter per memoratas coherentias tibi eum insinuavi ut super legitur in omnibus antestare et defensare deveamus av omni homine omnique persona ex omnibus partibus et a quidem   germano meo et ab eius heredibus et si aliter fecerimus sub memorata pena subiaceamus †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΓΡΕΓ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCTO ΛΕΟΝΕ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ ΕΘ CCΤΙ ΤΑΡΙ ΤΡΑΔΙΤΟC ΒΙΔΙ †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCTO ΛΕΟΝΕ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ ΕΘ CCΤΙ ΤΑΡΙ ΤΡΑΔΙΤΟC ΒΙΔΙ †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascripto leone testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego petrus Curialis Complevi per memorata quartadecima indictione †

CXLIII.

an. 970. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno undecimo. sed et Constantino magno imperatore frater ejus anno octabo. Die sexta decima mensis decembrii indictione quartadecima neapoli. Certum est me basilium Isabrum filium quondam gregorii Isabri. A presenti die promtissima voluntate pro domini ammore et redemtionis anime meae ut aput deum omnipotente meritum bonum imbenire valeam. Offero et trado vobis domino iohanni venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta casapicta situm in viridario et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. IDest omnem meam hereditatem seu substantia de intus et foris domos et casalibus seu terris sationalibus quamque hortuas vel movilibus rebus movilium et in movilium seseque moventibus omnibusque eis. pertinentibus. De qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reservavi nec in aliena persona commisi vel amodo iam committo potestatem. excepto dua fundora mea posita in optaianum unum bero quem habeo de parentorum meorum alium quem habeo per commutationem quem in mea reservavi potestate pro donandum illas ad quidem bonitum Isabrum germanum meum et excepto unum horticellum meum quem offerui in ecclesia vestra sancte eufimiae et ha nunc et deinceps omnia et in omnibus memoratis omnibusque. eis pertinentibus ut dixi excepto memorata dua fundora et memoratum horticellum a me vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sint oblatum et traditum in vestra posterisque. vestris sint po sint potestatem quidquid exinde facere volueritis. et neque a me et memorato basilio Isabro neque à meis heredibus nullo tempore numquam vos memoratus domino iohanni venerabili igumeno aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. tantum modo hoc adfirmo ut omnia que superius vobis offerui quidem heufimia coniux mea omnibus vite sue tenere et fruere debeat si lectum meum custodierit et alium virum non fuerit sociata et post

eius ovitum aut si per qualecumque modum alium virum fuerit sociata tunc de presenti in vestra posterisque. vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio rebertantur potestatem set tollat sivi exindè quartam partem falcidii sui. Insuper adfirmo ut si memorata coniux mea mox pregna fuerit et ipse infans vibo natus fuerit tunc omnia que superius vobis offeru sit de ipso infans dante vobis exinde auri solidos sex bythianteos: et si ipsos solidos vobis tunc non dederit tunc liceat vos aut posteris vestris exinde appreendere et venumdare ubi volueritis tantum autem unde memoratos sex solidos bythianteos. tollere baleatis et cui vendideritis firmum et stavilem permaneat imperpetuum. et si ipse infans minime fuerit vibo natum aut si vibo fuerit natum et ovierit sine proprium heredem de uxore sua tunc omnia que superius vobis offerui in vestra posterisque. vestris rebertantur potestatem ut super legitur set ut superius dixi si memorata uxor mea lectum meum custodierit et alium virum non fuerit sociata ipsa eam tenere et frugiagiare debeat vite sue et post eius ovitum aut si per qualecumque modum alium virum fuerit sociata tunc de presenti fiat et rebertat omnia ut super legitur set ut dixi si memorato infans vixerit memoratos solidos sex bythianteos: tunc exinde tollere debeatis ut super legitur. Quia ita mihi complacui. Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam offertionis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas tunc componimus vobis posterisque. vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio solidos triginta sex bythianteos et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum. Quam chartula sicut superius legitur a me factam iohanni curiali scribere rogavi per indictione memorata quartadecima ✝

Hoc signum ✝ manus memorati basilii Isabri quod ego qui memoratos pro eum subscripsi ✝

✝ ego sergius curialis rogatus a memorato basilio testi subscripsi ✝

✝ ego stefanus filius domini stefani rogatus a suprascripto basilio testi subscripsi ✝

✝ ΕΓΟ ΘΕΟΔΟΡΟΥС ΦΙΛΙΟΥС ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥС Α CCΤΟ ΒΑCΙΛΙΟ ΤΕCΤΙ СΟΥΒ ✝

✝ Ego Iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata quartadecima ✝

CXLIV.

an. 970. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno undecimo sed et constantino magno Imperatore eius frater anno octabo die vicesimaquinta mensis decembrii indictione quartadecima neapoli: Certum est me theodonanda honesta femina filia quondam domini cesarii ferrarii una cum consensu domini iohannis viri mei: A presenti die promtissima voluntate venundedi et tradidi tibi gregorio ferrario filio quidem leoni monacho ferrario. IDest integra inferiora nostra una cum integra regia nostra qui exet in vicum publicum ad sanctum georgium una cum integre grade nostre favrite et cum arcum suum quamque et integrum membrum constitutum in caput de memorate grade et est super memorata inferiora una cum integras fenestras qui per ipsum membrum reiicit in parte occidentis super vicum publicum cum omnibus sivi pertinentibus: simulque venundedi tibi et portio de alium membrum meum qui est longaneum una cum portione de cellareum nostrum subtus se hoc est a parte septemptrionis coniuntum cum memorata membra subtus et super se: simulque iterum venundedi tibi et integra portione mea de alium membrum meum scohopertum subtus et super qui est a parte orientis una cum portione de alium membrum da intus a parte septemtrionis et si ibidem in ipsum membrum solareum facere volueritis licentiam habeatis hec vero omnibus memoratis cum aeribus et aspectibus suis quamque cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus quantum et quomodo mihi obbenit per notitia divisionis a quondam iohanne ferrario germano meo unde tu iam ipsa portio sua de memorata domum emtam abes unde nihil mihi exinde remansit: set av odierna die et deinceps hec omnibus memoratis sicut superius legitur a me tibi sit venundatum et traditum quidquid exinde facere volueritis liberam habeatis potestate: et neque a me memorata theodonanda honesta femina una cum consensu memorati viri mei neque a meis heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato gregorio ferrario aut heredes tuis quod absit abeatis exinde requisitione per nullum modum in perpetuum: Insuper omni tempore ego et heredes meis exinde ab omni homine omnique persona in omnibus tivi

tuisque heredibus antestare et defensare debeamus propter quod accepimus a te idest auri solidos sidecim bythianteos et tari tres ut inter nobis combenit: verumtamen stetit nobis ut de ipsa membra qui sunt scohopertas da parte orientis nullatenus me aut heredes meis tu aut heredes tuis provocetis ad antestandum set tu et heredes tuis inde auturis exinde faciatis et nos exinde indemni maneamus insuper et quandoque tibi tuisque heredibus necessa fuerit ipsa notitias que aput me abeo tunc ego et heredes meis tibi tuisque heredibus eas dare debeamus ad finem faciendum et postea illas aput nos ponatis quia ita nobis stetit: si autem ego aut heredes meis aliter fecerimus de his omnibus memoratis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos triginta bythianteos et hec chartula sit firma scripta per manus iohannis curialis per memorata quartadecima indictione †

hoc signum manus memorati iugales ego pro ei subscripsi et memorato solidos traditos bidi †

† ego iohannes filius domini leoni rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† ego petrus filius domini iohannis rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† ego petrus filius domini basilii rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CXLV.

an. 971. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno undecimo sed et constantino frater eius magno Imperatore anno octabo: die tricesima mensis ianuarii: indictione quartadecima neapoli: Certum est me cristina relicta quondam occi ferrarii per absolutione cunta congregatio sacerdotum chartula sancti petri situm at illos ferrarios: A presenti die promtissima voluntate Venumdedi et tradidi tibi petro filio quondam iohannis qui nominatur de pantaleone: IDest integras duas menbras qui sunt inferioras una ante alia constitutas una qui est cooperta cum ticulis et alia qui est cooperta cum scandolis: posita intus anc civitate neapolis in vico qui nominatur sancti georgii. una cum aeribus et aspectibus simul et cum introitas suas per porta et per anditum et per curte comune et omnibus sivi generaliter et in integro pertinentibus unde ex ipsa de memorata portione mea de memorata porta qui est iuxta memoratum vicum publicum et de memoratum anditum et de memorata curte comune tibi exinde benundedi: qui coheret sivi ex ipse ambe menbras de memoratas inferioribus ab uno latere a parte meridiana domum qui fuit domini cesarii ferrarii cui supra nomen gaudinum sicuti inter se paries exfinat: et in aliquantum domum et curte heredum stephani ferrarii cui supra nomen papaleo: sicuti inter se paries exfinat: et a parte horientis est casa domini gregorii filio domini stephani sicuti inter se clusa tabulita exfinat: et a parte hoccidentis coheret domum memorati qui fuit domini cesarii ferrarii et memorata curte comune sicuti inter se paries exfinat: et a parte septemtrionis est memoratum anditum et memorata curte comune unde de ipsa portione tibi venundedi sicuti inter se paries et clusas et regie exfinat: unde tu et heredibus tuis ibidem per ipse regie introitum habere debeatis: Unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in alienam cuiusque persona quod absit commisit aut iam commicto potestate: et a presenti die et deinceps a me tibi sint benundatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestate quidquid exinde facere volueritis av odierna die semper liberam abeatis potestate: et neque a me memorata cristina per absolutione memorata cunta congregatio sacerdotum chartula sancti petri situm at illos ferrarios neque a meis heredibus nec a nobis personis sum-

missis nullo tempore numquam tu memorato petro aut tuis heredibus quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia ha nunc et inperpetuis temporibus: Insuper et ab omni ommine omnique persona omni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod accepi a te exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione idest auri solidos decem bythianteos in cantum. sicut inter nobis combenit: insuper dedi et tradidi tibi et una chartula menbrani scribta pro tua et de tuis heredibus salbatione: que fecit quondam domina eupraxia honesta femina filia domini athanasii episcopis. una cum voluntate domini stephani militis viri sui at nomen quondam domini stephano ferrario et maria iugales: cum omnia que ipsa chartula continet: et quandoque mihi meisque heredibus necessa fuerit memorata chartula at antestandum tunc tu et heredibus tuis mihi meisque heredibus ostendere et monstrare debeatis et sic vobis illos antestare et defensare debeamus: quia ita nobis combenit si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus auri solidos triginta sex bythianteos et ec chartula venditionis ut super legitur. sit firma scripta per manus petri Curialis scribere rogatus per memorata quartadecima indictione ✝

Hoc signum ✝ manus memorata cristina quod ego qui memoratos ab eam rogatus pro ea subscripsi et suprascriptos solidos traditos vidi ✝

✝ Stephanus. presbyter. et primicerius subscripsi ✝

✝ Petrus presbyter subscripsi ✝

✝ Gregorius presbyter subscripsi ✝

✝ Petrus presbyter subscripsi ✝

✝ ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi ✝

✝ ego iohannes filius domini iohannis rogatus a suprascripta personas testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi ✝

✝ ego sergius filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi ✝

✝ Ego petrus Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per memorata quartadecima indictione ✝

CXLVI.

an. 971. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno undecimo sed et constantino magno Imperatore eius frater anno hoctabo die vicesima sexta mensis februarii indictione quarta decima neapoli: Certum est nos aligerno filio quidem boniti et anna hoc est iugales abitatores in miana: A presenti die venundedimus et tradidimus tibi gregorio ferrario filio quondam leoni ferrarii postmodum vero monachi: Idest integra una petia de terra nostra que ponitur in campo de miana una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: coherente sivi ab una parte parte orientis terra maria relicta quondam andrea tallarico: et de alia parte parte occidentis coheret terra domin sergii savignani: et de uno capite coheret terra sancte neapolitane ecclesie sicuti inter se sepis exfinat: et de alio capite coheret terra monasterii sancte patricie unde nihil nobis exinde aliquod remansit aut reserbavimus nec in aliena persona commisimus potestate: set av odierna die et deinceps iamdictas memoratas terras una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus quatenus tibi illos per memorates coherenties insinuavimus sicut superius legitur a nobis tibi sit venundatas et traditas in tua tuisque heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis liberam habeatis potestate: et neque a nobis neque a nostris heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu aut heredes tuis quod absit abeatis exinde quacumque requisitione aut molestia ha nunc et in perpetuis temporibus: insuper omni tempore nos et heredes nostris exinde ab omni homine omnique persona in omnibus tibi tuisque heredibus antestare et defensare debeamus propter quod accepimus a te idest auri tari decem et septem ut inter nobis combenit: Si autem nos aut heredes nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos biginti bythianteos et hec chartula sit firma scripta per manus iohannis curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorato aligerno et anna iugales quod ego pro eis subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† ego petrus filius domini iohannis rogatus a suprascripto iugales testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΟΥϹ ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΙΟΥ-ΓΑΛΕϹ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ ΕΤ ϹϹΤΙ ΤΑΡΙ ΚΟΝΦ ΠΕΡϹΕΠΙϹϹΕ †

CXLVII.

an. 971. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno undecimo: sed et constantino magno Imperatore frater eius anno octabo. Die duodecima mensis martii indictione quarta decima neapoli: Certum est me iohannem filium quondam herasmi putheolani. A presenti die promtissima voluntate promitto vobis domino iohanni venerabili igumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. propter integrum campum vestrum iuris memorati sancti et venerabilis vestri monasterii qui vocatur sessana positum in territorio putheolano una cum arvoribus et introitum suum omnibusque sivi pertinentibus. coherente sivi hab uno latere selice publici. et ex alio latere terra sancte putheolane ecclesie sicuti inter se egripus exfinat. De uno capite via pubblica. De alio capite caba : quem vero memoratum integrum campum vestrum omnibusque. sivi pertinentibus ut super legitur vos cum cuncta vestra congregatione monachorum mihi meisque heredibus dedistis ad lavorandum et pastinandum. In eo enim tenore ut ego et heredes meis eum omni annuo apto tempore subtus et super bene diligenter lavorare et excolere seu ad meliorem cultum perducere debeamus in omnibus cum vobes nostros et conciaturia seu operarios et sumta vel omnia exspensa caucumminas et vites quantos ibi sufficerint omni annuo ibidem ponere et plantare debeamus de nostra sementes eum seminare omnia et in omnibus inferius et superius nos facere debeamus. et quodcumque omni annuo ibi deus dederit in quolibet seminatus et in arbustus eius super nos illud tollere debeamus ha nunc et donec fecerimus vinum mustum mundum hornas decem in ipsis arbores quos nos ibi pastinaverimus. preter de quod ibi seminaverimus vobis posterisque vestris terraticum exinde dare debeamus medietate de quantum triticum fuerit seminaturia tractum intus ipso castro putheolano absque omni vestra ammaricatione nulla vobis mittentes hoccansionem et quantum domino deo placuerit et in ipsis arbores que nos ibi pastinaverimus fecerimus memoratum vinum mustum mundum ornas decem tunc vos et posteris vestris exinde tollere debeatis super sortem unum modium per passos a quale latere vel

capite vobis placueris eligere sicuti consuetudo est mensurare ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesie una cum arvoribus omnibusque sivi pertinentibus. reliquum bero exinde dividamus inter nobis per sexuncias vos et posteris vestris exinde percipiatis uncias sex et ego et heredes meis similiter alias sexuncias. et ipsas sexuncias qui nos exinde tetigeris in mea meisque. heredibus sint potestatem quidquid exinde facere voluerimus et a tunc nemine a vos nec a posteris vestris habeamus exinde quacumque requisitionem per nullum modum nec per summissis personis in perpetuum. etiamsi ambas partes conciaverimus pischina qui in eodem campo exfinat communalis. tantummodo si ego aut heredes meis memoratas sexuncias nostras qui nos exinde tetigeris ut super legitur dare habuerimus per qualecumque modum tunc vobis posterisque. vestris ea dare debeamus in pretium ut fuerit appretiatum a christianissimis viris et si ea emmere nolueritis clara facta veritatem tunc cui ea dare voluerimus nostre sit potestatem. etiam si ego et filiis filiabus meis totis ovierimus sine proprium heredem de uxore et viro tunc memoratas inclitas sexuncias nostras omnibusque. sivi pertinentibus rebertantur et sint offertum pro animabus nostris in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. Verumtamen si ego aut heredes meis memoratum integrum campum bene non lavoraverimus et eum bene non pastinaverimus clara facta veritate tunc licentiam et potestatem habeatis vos et posteris vestris nobis eum tollere in integro. Quia ita nobis complacui. Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam promissionis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque vestris auri solidos triginta sex bythianteos. et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curiali scribere rogavi per indictione memorata quartadecima †

Hoc signum † manus memorati iohanni. quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΑΝΔΡΕΕ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΙΩ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ego iohannes filius domini marini prefecti et forteris civitatis surrentine rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata quartadecima †

CXLVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno duodecimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno nono. Die octabadecima mensis decembrii indictione quintadecima neapoli: Certum est me gregorium humilem presbiterum filium quondam iohanni syrrentini. A presenti die promtissima volumtate promitto vobis domino iohanni venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario sanctaque tue congregationis.................. sancti et venerabilis vestri monasterii. propter sex uncias vestras de portione quondam iohanni presbiteri qui supra nomen pampasalbatum de ecclesia vocabulo sancte iulianes sita vero in regione porta sancti ianuarii una cum sex uncias vestra ex ipsa portione sua de omnes substantias ipsius ecclesiae pertinentes de intus et foris omnibusque. eis pertinentibus ubi domino deo volente me custodem posuistis omnibus vite meae: In eo enim tenore ut ego ibidem superhavitare et residere debeam et in eadem ecclesia omnem officium sacerdotalem die noctuque facere et adimplere promitto hoc est besperos et matutinos et missarum sollemnia et horis laudibus et luminariorum concinnatione sine mora celebrare et exibere promitto ut aput deum omnipotentem mihi mercis adcrescat et aput hominibus laus. Insuper vobis posterisque. vestris omni annuo exinde dare et dirigere promitto intus memorato vestro monasterio oblatas paria dua unum per nativitate domini alium per resurrectione domini absque. omni vestra ammaricatione nulla vobis mittentes hoccansionem. Ita et ipsas sex uncias vestras ex ipsa portione memorati iohanni presbiteri ex ipsa ecclesia et de omnibus memoratis ex ea pertinentes ut super legitur in mea sit potestate vite meae tenendi et dominandi seu frugiandi. et nullatenus presummetis vos aut posteris vestris nec memorato sancto et venerabili vestro monasterio vite meae exinde me iactare aut super me qualibet presbiterum vel clericum aut monachum ibidem ponere aut aliquod ex ipsa ecclesia a potestate ex ipsa ecclesia subtraere vite meae post autem vero meum transitum memoratas sex uncias vestras cum

an. 971.

omnibus sivi pertinentibus ut super legitur sine omni minuitate in vestra posterisque: vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio rebertantur potestate cuius iure esse videtur una cum una cum una chartula que vos mihi exinde fecistis isto preterito aprilio mense: et si a viribus et mulieribus in memorata ecclesia aliquod offertum fuerit si fuerit movile in mea sit potestatem quidquid exinde facere voluero et si fuerit inmovile post meum transitum impossessione memorate ecclesie remanere debeat. Quia ita nobis complacui. Si autem ex his omnibus memoratis ut super legitur aliter fecero et minime adimplevero hec omnia memorata et in aliquid offensus fuero per quovis modum aut summissis personas. tunc compono vobis posterisque. vestris auri solidos triginta sex bythianteos: et hec chartula qualiter continet firma permaneat: scripta per manus iohanni curialis. scribere rogavi per indictione memorata quintadecima †

† ego gregorius filius domini marini rogatus a suprascripto gregorio presbitero testi subscripsi †

† ego leo curialis rogatus a memorato gregorio presbitero testis subscripsi †

† ego iohannes medicus rogatus a suprascripto gregorio presbitero testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata quintadecima †

CXLIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno duodecimo. sed et constantino magno Imperatore frater eius anno nono. Die octaba mensis augusti indictione quintadecima neapoli: Horta est itaque intentio inter me stephanum filium quondam boni qui supra nomen testa lepore: et vos videlicet domino iohanni venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. De questione quam aput vos facere visus sum. propter terris cultis et incultis seu olibetis et montis insimul positis in loco qui vocatur nonnaria territorio plagiense: De qua vos quesivi dicendo pars mea quia infra his omnibus memoratis mihi pertinet portionem habere et infra quadragintam annos memoratus genitor meus ibidem tenuit et dominavit etiam vos exinde habetis chartule communalis meae et vestre qui fuerunt de parentibus meis. pars autem vestra asserebat ut infra omnibus memoratis ego aut memoratus genitor meus minime tenuissemus et dominassemus infra quadragintam annos et chartule communalis meae et vestre exinde non habuissetis nec abetis. In hoc iudicatum est exinde inter nobis ut si valeret pars mea vobis hostensionem facere qualiter ego aut memoratus genitor meus ibidem tenuimus et dominavimus infra quadragintam annos ius iurare ego vobis exinde cum ipsis testibus vos autem poneretis mihi exinde securitate sin autem persona de duos monacos vestros mihi prebere sacramentum dicente mihi ut infra omnibus memoratis ego aut memoratus genitor meus minime tenuissemus et dominassemus infra quadragintam annos et chartule communales meae et de parentibus meis exinde non habuistis. nec abetis ego autem ponere vobis exinde securitatem. et quia non balui pars mea vobis illud taliter hostendere. IDeoque in presenti recepi ab ipsos duos monachos vestros memoratum sacramentum et definivi exinde vobiscum in omnibus. et neque a me memorato stephano neque a meis heredibus nullo tempore pro ipsis terris cultis et non cultis seu olibetis et montis insimul positis in nonnaria omnibusque. eis pertinentibus nec pro ipse chartule unde nunc vobiscum sacramentavi-

an. 972.

*

liter definivi ut super legitur quod absit habeatis vos memoratus dominus iohannes venerabilis igumenus aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis ceteros cunctos heredes memorati genitori mei vobis posterisque. vestris exinde desuper tollere debeamus absque. omni vestra damnietate nulla vobis mittentes hoccansionem. Quia ita inter nobis iudicatum est: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam securitatis ut super legitur venire presumserimus et minime atimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque. vestris auri solidos triginta sex bythianteos: et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata quintadecima †

Hoc signum † manus memorati stephani quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego petrus curialis rogatus a memorato stephano testis subscripsi †

† ego stephanus filius domini iohannis rogatus a memorato stephano testis subscripsi †

† ego iohannes filius idem domini iohanni rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata quintadecima †

CL.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno duodecimo sed et constantino magno Imperatore eius frater anno nono nec non et iohanne magno Imperatore anno secundo die nonadecima mensis augusti indictione quintadecima neapoli: Certum est nos drosu honesta femina cui supra nomen gemma filia quondam   et bono presbitero hoc est genitrice et filios: A presenti die promtissima voluntate: venundedimus et tradidimus tibi gregorio ferrario filio quidem leoni monaco hoc est genero et cognato nostro idest integra petiola de terra nostra que ponitur et nominatur ad centum pictulum una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus coherente sivi ab uno latere terra qui fuit de ropulum et de alio latere coheret terra sancti castrese sicuti inter se sepis exfinat et de uno capite coheret terra tua que tu emtam habes a sergio filio stephani de pantaleone et de alio capite coheret intersicum ex ipsa terra quem ego memoratus bonus presbiter in mea reserbavi potestate et mihi memorata gemma obbenit per chartula comparationis que aput me abeo: unde nihil nobis exinde aliquod remansit aut reserbavimus nec in aliena persona commissimus potestate: set av odierna die et deinceps iamdicta memorata petiola de terra nostra posita in memorato loco una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus sicuti tibi illas per memorates coherenties insinuavimus sicut superius legitur a nobis tibi sit venundatas et traditas in tua tuisque. heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis: et neque a nobis neque a nostris heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu aut heredes tuis quod absit abeatis exinde requisitione aut molestia ha nunc et in perpetuis temporibus. Insuper omni tempore nos et nostris heredibus in omnibus tibi tuisque heredibus antestare et defensare debeamus propter quod accepimus a te idest auri solidos duos ut inter nobis combenit: si autem nos et nostris heredibus aliter fecerimus tunc componimus tibi tuisque heredibus solidos decem bythianteos et hec chartula sit firma scripta per manus iohanni Curialis per memorata indictione †

an. 972.

hoc signum † manus memorata drosu cui supra nomen gemma et bono

presbitero genitrice et filios quod ego pro ei subscripsi et memoratos solidos confessus percepisse †

† ego sergius filius domini gregorii rogatus a suprascripta genitrice et filio testi subscripsi et suprascripto solidos confessus percepisse †

† ego stephanus filius domini sparani: rogatus a memorata genitrice et filio testi subscripsi et memoratos solidos confessus percepisse †

† ego sergius filius domini iohannis rogatus a suprascripta genitrice et filio testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CLI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tertiodecimo: sed et Constantino magno Imperatore anno decimo: nec non et Iohanne magno Imperatore anno tertio: die sexta mensis ianuarii indictione prima neapoli: Certum est nos drosu et maria seu cicino et mira quamque ruta seu petro et iohanne germanis filiis quondam iohannis ferrarii de memorato uno genitorem et duas genitrices: nos memorato petro et iohanne cum consensum sassa genitrice nostra. et per absolutione domini marini imperiali anthipati patricii adque consulem et ducem qui nos absolvit pro nostra parvitate. et una nobiscum abendo abocatorem domino iohanni filio domini leoni quem ipse gloriose potestatis nobis abocatorem dedit pro ipsa nostra parvitate et ego memorata drosu cum consensum ursi viri mei: et ego memorata maria cum consensum cesarii viri mei: A presenti die promtissima volumtate venumdedimus et tradidimus tibi gregorio ferrario filio quidem leoni monachi dudum ferrarii: Idest una petiola nostra de terra que nominatur ad anglone posita in campo de miana cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus qui hobenerad a memorato genitori nostro a sellecta que nominatur spensa relicta quondam iohannis per chartulas comparationis sue membranis scripta in quem et ipsa chartula tibi in presenti dedimus: Coherente sivi ab uno latere et de uno capite terra tua: et de alio latere terra monasterii sanctorum nicandri et marciani puellarum dei: et de alio capite terra memorati monasterii. et terra de illi saviniani: Unde nihil nobis exinde aliquod remansit aut reservavimus nec in aliena cuiusque: persona quod absit commisimus aut iam committimus potestatem: et a presenti die et deinceps memorata terra nostra que nominatur ad anglone posita in campo de miana cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus una cum ipsa chartula a nobis tibi sit venumdatum et traditum in tua tuisque: heredibus sint potestate quidquid exinde facere volueritis: et neque a nobis memorata drosu et maria seu cicino seu mira et ruta quamque petro et iohanne germanis ego memorata drosu cum consensum memorati ursi viri mei et ego memorata maria cum consensu memorati cesarii viri mei et nos memorato petro et iohanne cum consensu

an. 973.

memorate genitrice nostra et pro absolutione memorati domini marini anthipati patricii qui nos absolvit pro nostra parvitate et una nobiscum abendo abocatorem memorato domino iohanne neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam exinde abeatis quacumque requisitione aut molestia. tan tu qui supra gregorio ferrario quamque tuis heredibus per nullum modum nec per summissis personis inperpetuum: Insuper et ab omni homine omnique persona omni tempore nos et heredes nostris tibi tuisque: heredibus in omnibus antestare et defensare deveamus hostendente tu et heredibus tuis nobis nostrisque: heredibus memorata chartula quam tibi dedimus et sic vobis eos antestare et defensare deveamus: propter quod accepimus a te idest auri tari sex sicut inter nobis comvenit: Si autem nos aut heredibus nostris quobis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos sex et hec chartula sit firma scripta per manus petri curialis per memorata indictione †

hoc signum † manus memorata drosu et maria seu cicino et mira et ruta seu petro et iohanne germanis memorata drosu cum consensu memorati ursi viri sui et memorata maria cum consensu memorati cesarii viri sui et memorato petro et iohanne cum consensu memorate sasse genitrice eorum et per absolutione memorati consuli et una secum abendo abocatorem memorato domino iohanne ego pro ei subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego iohannes abbocator subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascriptas personas et pro absolutione suprascripti consuli testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego petrus filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas pro absolutione suprascripti consulis testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego sergius filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas et pro absolutione suprascripti consulis testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi die et indictione memorata prima †

CLII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tertiodecimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno decimo. et iohannem magno imperatore sed et anno tertio. Die decima mensis februarii indictione prima neapoli: Dispositum factum a me stephano qui supra nomen basapicculum De omnem mea substantia qualiter inferius iudicavero firmum et stavilem permaneat imperpetuum. primum omnium dispono petrum et maria serbo et ancilla meis ut post meum ovitum permaneant liberis pro anima mea cum omnes ipsorum peculiares et bestimentis seu stromaciolis set qui ex eis se serbo vel ancilla tradiderit aut succuba introierit aut si ancilla vel serbum uxorem vel virum tulerit tunc eius portio appreendat abbas monasterii sanctorum seberini et sossi ubi eorum venerabilia quiescunt corpora et igumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario et in omnibus eum liberum faciant: Insuper ad havitandum at eis reliquere dispono vite suorum integra domum mea posita in vico qui vocatur senarini cum inferioribus et superioribus aheribus et aspectibus simul cum introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus post autem eorum dicti petri et mariae transitum memorata inclita domum mea cum omnibus pertinentibus ut super legitur rebertantur et sint offerta pro anima mea in memorato monasterio sanctorum seberini et sossi et in memorato monasterio sanctorum theodori et sebastiani et dividant sivi illa inter se per sexuncias: reliqua vero omnem meam substantia de intus et foris seu pretium omnibusque. eis pertinentibus sint oblatum et traditum pro anima mea in eodem monasterio sanctorum theodori et sebastiani. Iungendi minuandi de omnibus memoratis sibe de totum vel ex parte omnibus vite meae in mea sit potestatem qualiter facere aut iudicare voluero. Habeat sancta neapolitana ecclesia pro luminaria absque. iniuria tremisse unum neapolitanum: Si quis autem quavis personas parba aut magna quovis tempore contra huc firmissum meum dispositum ut super legitur venire presumserit et in quovis capitulum irritum vel bacuum eum facere quesierit per se aut per summissis personas. tunc componat ipse et heredes eius ad partem qui huc meum

an. 973.

obserbaverit dispositum eiusque. heredibus et in memorato monasterio auri libra una bythiantea: et hec meum dispositum qualiter continet firmum permaneat imperpetuum. scriptum quoque per manus iohanni curialis scribere rogavi per indictione memorata prima †

Hoc signum † manus memorati stephani quod ego qui memoratos ab eo rogitus pro eum subscripsi †

† ego masaspi filius domini masaspi rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi †

† ego sergius filius domini aligerni prefecti rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini stefani rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata prima †

CLIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tertio decimo sed et constantino frater eius magno Imperatore anno decimo. sed et iohanne magno Imperatore anno tertio: die octaba mensis martii indictione prima neapoli: Certum est me Kali honesta femina filia quondam domini iohannis. et qnondam domina theodonanda honesta femina iugalibus personarum cum consensu domini sergii viri mei: et cum consensu et voluntate domine maria honesta femina germana mea et memorata domina maria germana mea cum voluntate domini petri viri sui congnati mei: A presenti die promtissima voluntate Venundedi et tradidi tibi gregorio ferrario filio quidem leoni ferrarii postmodum vero monachi: IDest integra una petiola de terra mea que ponitur in campum de miana: qui coheret sivi ab uno latere terra heredum gregorii papapulicinum: et de alio latere coheret terra tua que tu conparatum abes da uno capite terra sanctorum monasterio sancte patricia. et de alio capite terra sancte........... una cum arboribus et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: pertinente mihi per memorata domina theodonanda genetrice mea. et a memorata genetrice mea obvenit per chartula commutationis menbrani scribta ab aligerno sapunario filio christofori et drosu iugales: et a memorato aligerno et at drosu iugales obvenit per chartula comparationis membrani scribta a maria filia petri primarii de loco miana consentiente iohanquintho viro suo et cum consensu maru germana sua. et ipsa maru cum consensu ursi viri sui. de memorato loco miana: que et ipse ambe chartule tibi in presenti dedi cum omnia que continet: Unde nihil mihi intus memoratas quoherentias exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in alienam cuiusque: persona quod absit commisit aut iam commicto potestate: et a presenti die et deinceps a me tibi sint Venundatum et traditum in tua tuisque: heredibus sint potestate quidquid exinde facere volueritis. et neque a me memorata Kali honesta femina cum consensu memorati domini sergii viri mei et cum consensu memorata maria germana mea et memorata germana mea cum consensu nominati domini petri viri sui congnati mei. neque a meis heredibus nec a nobis per-

an. 973.

sonis summissis nullo tempore numquam tu memorato gregorio ferrario aut tuis heredibus quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia ha nunc et in perpetuis temporibus. Insuper et ab omni ommine omnique persona omni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque: heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus ostendente tu et heredibus tuis mihi meisque: heredibus memorate chartule et sic nobis illos antestare et defensare debeamus: pro eo quod accepi a te exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione idest auri tari tridecim: quia ita nobis combenit si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos et ec chartula venditionis ut super legitur. sit firma scripta per manus petri curialis scribere rogatus per memorata prima indictione †

Hoc signum † manus memorata Kali cum consensu memorata maria germana sua ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego sergius subscripsi † † ego petrus subscripsi †

† ego iohannes medicus rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego iohannes filius domini ursi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego gregorius filius domini cesarii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego petrus Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi per memorata prima indictione †

CLIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tertiodecimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno decimo. et iohanne magno imperatore sed et anno tertio. Die vicesima sexta mensis martii indictione prima neapoli: Certum est nos ursum et iohanni petrum germanis filiis quondam petri commanente autem in loco qui vocatur pinum territorio padulano. A presenti die promtissima voluntate promittimus tibi domino marino venerabili presbitero custodem vero ecclesie vocabulo sancti heuthimii. sita vero in vico qui vocatur sol et luna. tu autem per absolutionem et subscriptionem domini iohannis venerabilis ygumeni monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario dominio memorate ecclesie sancti heuthimii. propter integra una petia de terra que vocatur ad campum iuris memorate ecclesie sancti heuthimii pertinente de fundum memorate ecclesie situm in eodem loco pinum. coherente sivi hab uno latere terra sillicti et petri thio et nepote de memorato loco. et ex alio latere terra ursi de marecunda de faibanum. De uno capite terra quam detinet gaudioso et bono de memorato loco faibanum. De alio capite terra domini iohanni et sergii germanis filiis quondam domini petri. que vero memorata terra qualiter per memoratas coherentias exegregavimus cum introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus nobis nostrisque: heredibus dedisti at lavorandum et pastenandum per absolutionem memorati domini iohannis venerabilis ygumeni dominio memorate ecclesie. In eo enim tenore ut nos et heredes nostris illa omni annuo apto tempore subtus et super bene diligenter lavorare et escolere seu at meliorem cultum perducere debeamus com vobes nostros et conciaturias at omni nostro exspendio bene ut exspedit. Caucumminas et vites ubi necessum fuerit omni annuo nos et heredes nostris ibidem ponere et plantare debeamus omnia et in omnibus quidquid omni annuo ibi necessum fuerit et indiguerit nos et heredes nostris illud peragere debeamus. et quodcumque omni annuo ibidem deus dederit in quolibet seminatus dividamus illum inter nobis in quartam partes nos autem et et heredes nostris exinde

an. 973.

percipiamus partes tres. et tu et posteris tuis parte una et nos et heredes nostris vobis illud exinde omni annuo atducere debeamus gratis usque. ante regie domui memorate ecclesie vinum bero quantum omni annuo ibidem deus dederit in nostra sit potestatem ha nunc et donec nos et heredes nostris ibidem fecerimus vinum mustum mundum hornas quinque ad hornas de memorato loco facientes autem ibidem vinum mustum mundum hornas quinque at hornas ex ipso loco quantum vinum a tunc omni annuo ibidem deus dederit mundum et saccapanna dividamus illum inter nobis per medietatem nos autem et heredes nostris exinde percipiamus medietatem. et tu et posteris similiter alia medietate. set ipsa medietate vestra vos vobis exinde omni annuo trahere debeatis at omni vestro exspendio. preter nos et heredes nostris vobis illud conservare debeamus in organea nostra dies tres. operarios vero at vindemniandum et vinum at vibèndum pro ipsis operariis per vindemnia de comune demus et pargiemus. excepto una persona de nos qui non exinde pargiemus. et quandoque pro tempore ibidem at recolligendum beneritis aut direxeritis unum ominem et caballum eius enutrire debeatis ut iustum fuerit. et nullatenus presummes tu aut posteris tuis nec habeatis licentiam prenominata integra terra quam at campum iuris memorate ecclesie omnibusque. sivi pertinentibus ut super legitur nobis nostrisque. heredibus tollere per nullum modum nec per summissis personis nos bene lavorantes et atimplentes omnia memorata. Verumtamen stetit nobis ut si tu aut posteris tuis ibidem organeum habueritis pro recipiendum ipsa medietate vestra ex ipsum vinum sibe in casa ferrea sibe in locum qui vocatur tevoriolum tunc nos et heredes nostris vobis illud portare debeamus usque. at ipsum organeum vestrum si abuerimus vobes sin autem conserbemus vobis illud dies tres ut super legitur: Quia ita nobis complacui: Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam promissionis ut super legitur venire presumserimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus tibi posterisque tuis auri solidos triginta sex bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma: scripta per manus petri curialis per indictione memorata prima † et hoc memorati sumus ut ipsis operariis at vindemniandum nos et heredes nostris pargiare debeamus de ipsa medietate nostra omni annuo et ipsum vinum super nos

tollere debeamus quousque. ibidem fecerimus vinum mustum mundum hornas quatuor et ipsas hornas et quantum ibidem fecerimus vinum hornas quatuor dividamus inter nobis omni annuo ut super legitur.

Hoc signum † manus memorati ursi et iohanni petri germanis quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

CLV.

an. 973. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tertiodecimò: sed et constantino magno imperatore anno decimo. et iohanne magno imperatore sed et anno tertio die quartadecima mensis magii indictione primma neapoli: Certum est me cicinum filium quondam domini cesarii A presenti die promtissima. voluntate. Venundedi et tradidi vobis gregorio calciolario. et maru hoc est iugales. et petro calciolario hoc est genitoribus et filio : IDest integra domucella mea posita. in anc civitatem in vico qui nominatur ficariola: Una cum aheribus et aspectibus et cum inferioribus seu superioribus suis et cum integra curticellam ante se quod est a parte occidentis et cum introitum suum et omnibus eis pertinentibus. pertinente mihi a quondam lupo. et a quidem maria iugales per chartulam comparationis qui fuid de tumbo scripta quem ego perditam habeo. et a memorato quondam lupo. et a quidem memorata maria iugales obvenid per duas chartulas comparationis quod sunt membrane scripte. unaque ad eis fecid leone germano et cognato eorum. et alia quem ad eis fecid quondam dominus benedicto venerabili igummeno monasterii sancti sebastiani. quem memorate duabus chartulis vobis in presenti dedi cum omnia que continent : qui coheret sivi memorata integra domucella et memorata curticella insimul ab uno latere a parte meridiana est ecclesia sancte agathe pertinente de memorato monasterio : et de alio latere a parte septemtrionis est hortum qui fuid quidem basilio calciolario. nunc vero monacho : et de uno capite a parte orientis est domum qui fuid de memorato monasterio et ex alio capite a parte occidentis est domum vestram : De qua nihil mihi exinde remansid nec in aliena persona. commisi potestatem: Ita ut a nunc et deinceps memorata integra domucella mea posita. in memorato vico qui nominatur ficariola : Una cum aheribus et aspectibus et cum inferioribus seu superioribus suis. et cum memorata integra curticella hante se memorata occidentalem parte et cum introitum suum et omnibus eis pertinentibus : pertinente mihi a quondam memorato lupo. et a quidem memorata maria iugales per chartulam comparationis qui fuid de tumbo scripta quam perditam habeo : et a quondam memorato lupo et a memorata maria iugales obvenid per memoratas duas chartulas comparationis que apud vos

remisi cum omnia que continent. De qua nihil mihi exinde remansid set in integro sicud superius legitur. a me vobis sid venundatum et traditum in vestra vestrisque : heredibus sid potestatem quidquid exinde facere volueritis liberum habeatis potestatem : et neque a me memorato cicino neque a meis heredibus nec a nobis personis : summissis. nullo tempore numquam vos memorato gregorio calciolario : et maru iugales : et petro hoc est genitoris et filio aut heredes vestris quod absid habeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestiam a nunc et imperpetuis : temporibus : Insuper omni tempore ego vel heredes meis vobis vestrisque : heredibus exinde av omni omine homnique persona : in omnibus antestare et defensare deveamus: ostendente vos vel heredes vestris mihi meisque heredibus memorate duabus chartule que apud vos remisi et sic ego vel heredes meis vobis vestrisque : heredibus antistare et defensare debeamus : pro eo quod in presentis exinde accepi a vobis oc est auri solidos sex bythianteos : ut inter nobis combenit : Verumtamen stetit inter nobis ut si memorata chartula comparationis mea quam perditam aveo inventa dederis apud me vel apud meos heredes tunc vobis vestrisque : heredibus illa dare deveamus : et si apud qualibet alia persona inventa dederis siad inanis et bacua nullam in se abead firmitatem et ego vel heredes meis vobis vestrisque : heredibus illa tacita facere debeamus. si autem aliter fecero ego vel heredes meis de is omnibus memoratis ut super legitur per quolivet modum aut summissis : personis : tunc componimus vobis vestrisque : heredibus auri solidos duodecim bythianteos : et hec chartula venditionis ut super legitur sid firma : scripta per manus sergii curialis per memorata indictione. hoc signum † manus memorato cicino quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eo subscripsi et memoratos solidos confessus percepisse †

† ego petrus filius domini aligerni rogatus a suprascripto cicino testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† ego iohannes filius domini cesarii rogatus a suprascripto cicino testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascripto cicino testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† Ego sergius Curialis Complevi et absolvi die et indictione memorata primma †

CLVI.

an. 973. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quartodecimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno undecimo. et iohannem magno imperatore sed et anno quarto. Die quarta decima mensis septembrii indictione secunda neapoli: Certum est me stephanum filium quondam iohannis de pumilianum foris arcora dudum aqueductus ego autem havitator istius civitate neapoli. una cum voluntate ugualperga coniugi meae A presenti die promtissima volumtate Venundedi et tradidi vobis leoni et stephano germani filiis quondam sparani havitatoribus autem in eodem loco pumilianum. IDest integra una petia de terra mea que vocatur pratosa posita vero in memorato loco pumilianum una cum arvoribus et introitum suum omnibusque. sivi generaliter pertinentibus. pertinente vero mihi a memorato genitore meo. Coherente sivi hab uno latere parte horientis terra vestra. et ex alio latere parte hoccidentis terra iohanni sclavi. de uno capite parte septemtrionis via publica. De alio capite parte meridiana terra monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. De qua nihil mihi intus memoratas coherentias aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personam commisi potestatem: Ita ut ha nunc et deinceps memorata integra petia de terra mea que vocatur pratosa sita in ipso loco pumilianum cum arvoribus et introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus. unde nihil mihi exinde remansit aut reservavi quatenus per memoratas coherentias vobis ea insinuavi set in integro sicut superius legitur a me vobis sit venumdata et tradita in vestra vestrisque. heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem. et neque a me memorato stephano cum volumtate memorate ugualperga coniugi meae neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memoratus leo et stephano germanis aut heredes vestris quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis vobis vestrisque: heredibus exinde ab omnis homines omnique persona in omnibus antestare et defensare pro-

mittimus. pro eo quod impresenti accepi a vobis exinde idest auri solidos quinquaginta bythianteos in cantum in omnem decisione seu deliberationem. Quia ita inter nobis combenit: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus et minime atimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis vestrisque. heredibus auri solidos duodecim bythianteos. et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum. scripta per manus iohanni curiali per indictione memorata secunda †

Hoc signum † manus memorati stephani cum volumtate memorate ugualperga coniugi sue quod ego qui memoratos. pro eis subscripsi et memoratos solidos confessus percepisse †

† Ego iohannes Curialis rogatus a suprascriptos iugales testis subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† ego iohannes filius idem domini iohanni rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† ego iohannes medicus rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascriptos solidos confessus percepisse †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata secunda †

CLVII.

an. 974. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quartodecimo sed et constantino magno imperatore frater eius anno undecimo : sed et iohanne magno imperatore anno quarto : die sexta mensis ianuarii indictione secunda neapoli : Horta est itaque intentio inter nos petro ferrario cui supra nomen corbulo filio quondam gregorii cuparii et ruta hoc est iugales : et te videlicet domina pitru honesta femina filia quondam domini campuli conius quidem domini stephani : de intentione que inter nos abuimus : pro termines qui est inter terra nostra memoratis iugales..........pictulu: qui est a parte septemtrionis : et inter terra tua memorata domina pitru qui est a parte meridiana : posita : insimul in loco qui vocatur iannula : unde dicebat pars nostra memoratis iugales : atbersus te quia bersastis tu memorata domina pitru cum memorato domino stephano viro tuo et memorato genitor tuus et mutare fecistitis ipsi termines et posuistitis in ipsa terra nostra : pars autem tua memorata domina pitru atbersus nos respondebat dicens absit quia veritas non est ut memoratis termines nec tu nec memorato viro tuo nec memorato genitor tuus te sapiente mutassetis nec mutare fecissetis ipsi termines ut superius dissimus: set sic fuit ipsa fine inter memorata terra nostra et inter memorata terra tua per quadragintam annos quommodo memorati termines ivi modo ficti sunt : Unde multum litigium exinde. inter nos abuimus: iudichatum est exinde inter novis: ut si potuerit pars nostra memoratis iugales tivi ostensione facere qualiter memoratis termines tu memorata domina pitru aut memorato viro tuo aut memorato genitor tuus exinde mutasset aut mutare fecissetis: facere tu memorata domina pitru nobis exinde legem : et si non potuerit pars nostra tivi illut taliter ostendere iurare pars tua memorata domina pitru nobis exinde et dicere quia memoratis termines nec tu nec memorato viro tuo nec memorato genitor tuus te sapiente non mutasset nec mutare fecissetis : set sic fuit ipsa fine inter ipsa terra nostra et memorata terra tua per quadragintam annos quommodo modo ipsi termines ivi modo ficti sunt poneremus nos tivi exinde securitatem : et quia non potuit pars nostra tivi illut taliter

ostendere : et hecce in presentis recepimus a parte tua memorata domina pitru memoratum sagramentum dicente novis ut superius atseruistis : et definibimus tecum et cum heredibus tuis exinde in omnibus : et amodo et semper nucquam presummimus nos aut heredibus nostris : tivi tuisque heredibus exinde querere per nullum modum nec per nullum umanum arbitrium nec per summissis personis : imperpetuum : quia ita novis iudichatum est : si autem aliter fecerimus de ihis omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredibus nostris : tivi tuisque heredibus : auri solidos duodecim bytianteos : et hec chartula securitatis ut super legitur. sit firma scripta per manu leoni curialis per memorata secunda indictione

hoc signum † manus memorati petri ferrarii cui supra nomen corbi et memorata ruta hoc est iugales quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† Ego petrus Curialis rogatus a memoratos iugales testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini stefani rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini iohannis rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

CLVIII.

an. 974. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quartodecimo. sed et Constantino magno Imperatore frater eius anno undecimo. et Iohannes magno imperatore sed et anno quarto. Die quartadecima mensis martii indictione secunda neapoli: Certum est me petrum filium quondam iohanni qui nominatur ficari. una cum consensum presentem mariae posteriore coniugi meae: A presenti die promtissima voluntate commutavi et tradidi vobis domino stephano venerabili abbati et cunta congregatione monachorum monasterii sanctorum seberini et sossi hubi eorum venerabilia quiescunt corporas. idest integra una terra mea posita vero foris flubeum in loco qui vocatur terrentianum territorio plagiense qui mihi obbenit et pertinet per dispositum quondam sillitte anteriore coniugi meae. Una cum arvoribus et introitum suum omnibusque. eis pertinentibus: coherente ivi memorata terra ha duobus lateribus. parte horientis et hoccidentis terras congregationis sacerdotum chartulas ecclesiae sancti iohanni in corte sicuti pro unoquoque latere ana quattuor termines exfinat. De uno capite parte septemtrionis est terra vestras iuris memorati sancti vestri monasterii. et ex alio capite parte meridiana est resina de qua nihil mihi exinde intus memoratas coherentias remansit aut reserbavi nec in alienas personas commisimus potestate: Ita ut ha nunc et deinceps memorata integra una petia de terra mea posita in memorato loco qui vocatur terrentianum: territorio plagiense ut dixi qui mihi pertinet et obvenit per dispositum quondam sillitte anteriore coniugi meae cum arvoribus et introitum suum omnibusque eis pertinentibus a me vobis sit commutatus et traditus in vestras posterisque vestris ipsius memorati vestri monasterii sint potestate quidquid exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestate: et neque a me memorato petro cum consensum memorate mariae posteriore coniugi meae neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memorato domino stephano venerabili abbati et cuntas congregationes monachorum memorati sancti vestri monasterii aut posteris vestris quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestias per nullum modum nec per nullam personas a nobis summissis ha nunc et imperpetuis

temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis vobis posterisque. vestris memoratoque sancto nostro monasterio ab omnis. homines omnique personas in omnibus antestare et defendere debeamus: pro eo quod ad vicem in commutationem recompensationisque accepi a vobis Idest integra una terra iuris memorati sancti vestri monasterii qui nominatur ad cyrasa posita vero in loco qui vocatur ciranum que in memorato sancto vestro monasterio obbenit per dispositum quondam leoni filio quondam iohannis et maria iugales. cum arvoribus et introitum suum omnibusque. eis pertinentibus. habente finis hab uno latere parte horientis terra ecclesie sancte fortunate et habet ibi de longitudine passi septuaginta quatuor minus tertia de passum. de alio latere parte hoccidentis terra gregorii filio domini cesarii rofani habente ibi passi septuaginta quinque minus tertia de passum. De uno capite parte meridiana terra monasterii sanctorum festi et desiderii puellarum domini. et habet ibi de latitudine passi viginti unum. et ex alio capite parte septemtrionis terra sergii. et theodori germanis campesariis ibique habet passi decem et septem memorati vero passi sunt mensuratis ad passum sancte neapolitane ecclesie. De qua nihil vobis exinde aliquod reserbastis. sicuti et quomodo continet mea chartula commutationis quam vos mihi exinde impresenti fecistis. in omnem deliberationem. Quia ita inter nobis combenit. si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc cartulam commutationis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memoratas et in aliquid offenderimus per quovis modum aut per summissis personis tunc componimus vobis posterisque. vestris memoratoque sancto vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firmas imperpetuum: scriptas per manus petri curialis scribere rogavimus per memorata secunda inditione †

hoc signum † manus memorati petri cum consensum memorate mariae posteriore coniugi sue quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΜΟΝ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟC ΙΟΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΚΕCΑΡΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟC ΙΟΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ego stefanus filius domini petri rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per memorata indictione †

CLIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quartodecimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno undecimo. et iohanne magno imperatore sed et anno quarto. Die septima mensis iunii indictione secunda neapoli: Certum est nos gregorium calciolarium filium quondam et maru hoc est iugales: A presenti die promtissima volumtate promittimus vobis domino iohanni venerabili igumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario sanctaque vestre congregationis monachorum. eo quod vos nobis licentiam tribuistis fabrire super parietem vestrum qui est inter domum nostra parte horientis et inter hortum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii parte hoccidentis hoc est ad mensura in altitudine pedes duos ad manum virilem et in eodem parietem nos largistis ponere unde ex parte iam sternitum et coopertum habemus et ex parte exinde.......... mus sternere et cooperire ut liceas nos illud sternere et cooperire........ tenientiᶒ cum ipsum quem coopertum exinde habemus et grunda tectui que...et fecerimus exscoteremus et haberemus a foris eodem parietem..............dium pedem at manum virilem et ea bersare in eodem hortum vestrum pariter et in ipsum sternimentum nostrum licentiam haberemus hostracumdare et a vos nec a posteris vestris non haberemus exinde nos aut heredes nostris quacumque requisitionem per nullum modum nec per summissis personis imperpetuum: IDeoque nos promittimus vobis ut nos sic illud totum fabrire debeamus usque ad tectum cum pretas et calce seu putheolanum ut nullatenus nos aut heredes nostris in eadem domum nostra a partes hoccidentis et septemtrionis habeamus fenestra aut doxicia vel qualibet foramen per nullum modum nec in altum nullo modo............damus nos aut heredes nostris plus de memorata mensura nec ipsa........a foris eodem vestrum parietem non escotamus plus de memoratum medi......pedem ad manum virilem. Quia ita nobis complacui: Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam promissionis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc

an. 974.

componimus vobis posterisque vestris auri solidos viginti bythianteos : et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum : scripta per manus iohanni curialis scribere rogavimus per indictione memorata secunda †

Hoc signum † manus memorati gregorii calciolarii et maru iugales quod ego qui memoratos pro eis *subscripsi* et hoc memorati sumus ut si vos aut posteris vestris in memoratum hortum vestrum domum vel casa facere volueritis ibidem licentiam habeatis ponere in memoratum parietem vestrum quantum volueritis. iterum si in ipsum hortum vestrum qui et ipsa domum nostra est a parte septemtrionis domum vel casa facere volueritis vos aut posteris vestris licentiam habeatis insuper licentiam habeatis ponere in ipsum parietem nostrum quantum volueritis et si aliter fecerimus in memorata poena subiaceamus †

† ego iohannes filius domini aligerni presbiteri rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† ego aligernus filius domini leoni rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΕΓΠ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΟC ΙΟΥΓΑΛΕC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata secunda †

CLX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio porfirogenito magno Imperatore anno quintodecimo sed et constantino magno imperatore anno duodecimo et iohannes magno imperatore anno quinto die tertiadecima mensis decembrii indictione tertia neapoli: Certum est me petrum filium quondam domini sergii monachi. A presenti die promtissima volumtate. Venundedi et tradidi vobis iohanni et marino uterinis germanis meis: Idest integra portione mea de casale qui nominatur maternum qui at lamma dicitur posita in monte pausilipense cum arvoribus fructiferis qui mihi pertinet per quondam memorato domino sergio genitori meo et indivisas reiacent cum reliquas portiones vestre et de heredes quondam theodonande germane nostre quem bos ipsa portio ipsius germane nostre comparatas abetis: INsuper venundedi vobis et portione mea quod est una petiola de terra que pergit super aqua de duliolum. Una cum arvoribus et utrasque: cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus pertinente mihi ipsa petiola de memorata terra per quidem domina maru genitricis nostre et me in sorte tetigit ab ea et a bos ipsis: et abet finis a parte orientis terra heredes quondam domini sergii thii nostri et terra domini gregorii thii nostri et a parte septemtrionis terra vestra qui vos in sorte tetigit et a parte occidentis similiter terra vestra qui vos tetigit et in aliquantum est via qui descendit a bia publica. et a parte meridiana terra portionis qui tetigit memorati heredes iamdicte theodonande thie nostre. Unde nihil mihi ex omnibus memoratis aliquod remansit aut reservavimus: et a presenti die et deinceps prenominata memorata integra portione mea de memoratu casale de maternu posita in memorato monte pausilipense et prenominata memorata integra petiola mea de terra que ponitur super aqua de duliolum sicuti per memorate coherentie circuibi. utrasque cum arboribus fructiferis et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus a me vobis venundatas et traditas in vestra vestrisque heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis: et neque a me memorato petro neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos memorati iohannes et marini uterini germani mei nec vestris heredibus abeatis exinde qualibet requisitione aut molestia per nullum modum inperpetuum.

an. 974.

pro eo quod accepi a vobis exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione: Idest auri tari dece. Sicut inter nobis combenit: quod si aliter probenerit de his omnibus memoratis et in aliquid offenderimus per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredes mei vobis vestrisque heredibus auri solidos sex bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma: scripta per manus petri curialis per indictione memorata tertia †

hoc signum † manus memorati petri quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eus subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascripto petro testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego sergius filius domini iohannis rogatus a suprascripto petro testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego sergius filius domini gregorii rogatus a suprascripto petro testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

CLXI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quintodecimo: sed et constantino magno imperatore frater eius anno duodecimo. et iohannes magno imperatore sed et anno quinto. Die tertia mensis augusti indictione tertia neapoli: Certum est me iohannem filium quondam domini gregorii qui supra nomen cinnami et quondam mariae honesta femina iugalium personarum. A presenti die promtissima volumtate promitto vobis domino iohanni venerabili ygumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario eo quod tu me in memorato sancto et venerabili vestro monasterio recipere et havere spopondisti et me ibidem monachum facere et tu et posteris tuis omnibus vite meae me enutrire et bestire seu calciare sicuti ceteris monachis vestri cenobiatis: IDeoque et ego promitto vobis ha nunc et omnibus vite meae in memorato vestro monasterio essere et tibi posterisque. tuis in obedientia et in serbitio esse promitto ut sancta regula beati basilii docet et numquam presummo nec abevo licentiam sine vestra iussione ex ipso vestro monasterio exire set diebus meis ibi finire promitto et si sine vestra iussione ipso vestro monasterio exiero tunc liceas vos permisso vestro me appreendere et in eodem vestro monasterio me reducere et me corripere ut ipsa sancta regula docet. Insuper a die presentis offero et trado vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. IDest integra una terra mea que vocatur pummicaria posita vero in loco qui vocatur massa una cum arvoribus et introitum suum omnibusque. sivi generaliter pertinentibus sicuti et quomodo me tetigit a germanis meis per notitiam que aput vos nunc remisi. Coherente sivi hab uno latere terra adelgisi quem tibi dedit ille pastinator sicuti inter se termines exfinat: ab alio latere terra iohanni cannabarii ut finit inter se via. De uno capite terra quidem anne germane meae sicuti inter se duos termines finiuntur. De alio capite terra heupraxiae germane meae sicuti inter se duobus termines disternitur. De qua nihil mihi intus memoratas coherentias aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personas commisi potestatem. et ha nunc et deinceps in vestra posterisque. vestris sint potestatem queque

an. 975.

exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem : et neque a me memorato iohanne neque a meis heredibus nullo tempore numquam tu memoratus dominus iohannes venerabilis ygumenus aut posteris tuis nec memoratus sanctus et venerabilis vester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum : modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus. Verumtamen si quovis tempore exurserit heredes memoratis genitoribus meis et vos aut posteris vestris exinde quesierint tunc licentiam et potestatem habeatis appreendere omnes pretium quantum pro anima mea ire debet per dispositum memoratis iugalibus genitoribus meis et in vestra posterisque. vestris sint potestatem queque exinde facere volueritis. et a tunc nemine a me nec a quavis alias personas habeatis exinde quacumque requisitionem per nullum modum nec per summissis personas imperpetuis temporibus. Quia ita mihi complacui : Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam promissionis effertionisque. ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas. tunc componimus tibi posterisque. tuis auri solidos viginti bythianteos : et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis scribere rogavi per indictione memorata tertia †

Hoc signum † manus memorati iohanni quod ego qui memoratos ab eo rogitus pro eum subscripsi †

† ΕΓΟ ΑΝΑϹΤΑϹΙΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ССТО ΙΩ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ego gregorius filius domini marini rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini sergii monaci rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata tertia †

CLXII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quintodecimo. sed et constantino frater eius magno imperatore anno tertio decimo. die vicesima mensis nobembrii indictione quarta neapoli Nos marinus in dei nomine eminentissimus Consul et dux atque imperiali anthipatus patricius. A presenti die pro dei amore et mercede et salbationis anime nostre concessimus et tradidimus vobis domino petro veneravile abate monasterii sanctorum seberini et sossi ubi eorum veneravilia quiescunt corpora et per vos in memorato sancto et veneravili vestro monasterio eiusque memorate vestre congregationis monachorum presentibus et futuris. Idest omnibus hospitibus et conmenditis censitis seu serbi prefati vestri monasterii ubique eos habueritis in toto ducatui istius nostre civitatis. Una cum uxores et filiis filiabus nuruus adque nepotibus illorum et cum omnes. illorum fundoras et terris seu cespites vel omnem consuetudinarias censoras et regulis seu responsaticas et angarias et salutes et cum omnibus adiacentibus et pertinentibus eis simul et cum omnem illorum paratum et conquesitum que habent vel abuerint et que amodo in antea parare vel conquirere potuerint per quovis modum omnibusque eis pertinentibus. seu concessimus et firmamus vobis et omnem publicum una cum omnem licerem et pertinentias quas ipse iure publico nostri habent vel abuerint per quobis modum in memoratis omnibus hospitibus et commenditis censitis et serbi memorati vestri monasterio quantos et qualis modo abetis vet abituris fueritis per quovis modum: et av odierna die et deinceps omnibus memoratis qualiter superius legitur totum et inclitum a nobis vobis et per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio eiusque memorate vestre congregationis monachorum presentibus et futuris sint concessum et traditum in vestra posterisque: vestris sanctoque vestro monasterio sint potestate queque exinde facere volueritis liberam semper habeatis potestate. et numquam presummamus nos aut posteris nostris nec qualibet castaldata nostra neque vice domini nostri nec dicani neque alia quavis personas qualibet angarias aut exscaticas vel erbaticas aut qualibet datum neque alia qualibet datione aut salute querere ad eis per

an. 975.

nullum modum nec per nullam ratione neque per nullum studium in perpetuum. tamen ipsas omnes angarias et omnem publicum simul et alias omnes dationes quas in nostro iure publico nostri facere et dare debent memoratis omnibus ospitibus et commentis censitis seu serbis memorati vestri monasterii vel illorum heredibus amodo et semper vobis posterisque :. vestris et in memorato sancto vestro monasterio illut facere et dare debeant imperpetuum. seu concedimus vobis et per vos in memorato sancto vestro monasterio ut si femine de ipsis hominibus ospitibus et commenditis censitis seu serbis memorati vestri monasterii et de illorum heredibus homines liberis mariti tulerint a tunc sint in memorato sancto vestro monasterio illas angarias de ipsis homines et de illorom heredibus concessas et traditas ut diximus vobis et in memorato sancto vestro monasterio in sempiternum. Interea concessimus et tradidimus vobis et per vos in memorato sancto et veneravili vestro monasterio et omnem paratum et conquesitum de omnes homines commenditis et defisis vestri monasterii quanti habitant in fundoras et terris memorati vestri monasterii. aut quanti defisis memorati vestri monasterii abitant intus istam nostram civitatem sibe quantum modo paratum et conquesitum habent vel que amodo et deinceps paraberint et conquisierint per quovis modum. et hab anc die et semper in vestra posterisque. vestris sint potestate qualiter exinde facere volueritis liberam semper habeatis potestate. Insuper firmamus vobis posterisque. vestris sanctoque vestro monasterio eiusque memorate vestre congregationis monachorum. omnes preceptoras et concessiones quas habent memorati vestri monasterii da nos simul et da singulis consulibus et ducibus istius nostre civitatis aut da partibus langobardorum una cum omnes chartulas et offertiones quas fecerunt christianissimis viris ac mulieribus in prefati vestri monasterii. et neque a nobis memoratus marinus domini gratia consul et dux atque imperiali anthipatus patricius: neque a posteris nostris qui post nos in nostro onore locoque duces accesserint nullo tempore nunquam vos memorato domino petro veneravili abbati aut posteris vestris vel memoratus sanctus vester monasterius quod absit habeatis de omnibus memoratis que vobis superius concessimus et firmavimus qualiter superius legitur aliquando quacumque requisitione aut molestia a nunc et imperpetuis temporibus. quam concessione sicud superius legitur a nobis facta gregorius primarius scribere precepimus in qua

et nos subter. pro eius firmitate manus nostras propras subscripsimus die et indictione memorata quarta † , , , , , , alia manu , , , , , , ,

† Marinus Consul et Imperialis anthipatus patricius subscripsi , , , nam alia manu , , , , , ,† ego petrus primarius Curie huius civitatis neapolis hec exemplarie concessionis quem eius authentica nobis dedi dominus bonus venerabilis abbas memorati monasterii sanctorum sebirini et sossi pro ista exemplaria at eodem monasterium faciendum sicut superius legitur ex ipsa authentica relebata et cum nimia cautela at singulas relectas pro ampliorem eius firmitatem manus propria subscripsi in die vicesima mensis martii indictione secunda †

Ego sergius tabularius Curie huius civitatis neapolis hec exemplarie concessionis quem eius authentica nobis dedi dominus bonus venerabilis abbas memorati monasteri sanctorum seberini et sossi pro ista exemplaria ad eodem monasterium faciendum sicut superius legitur ex ipsa authentica relebata et cum nimia cautela at singulas relectas pro ampliorem eius firmitatem manus propria subscripsi in die vicesima mensis martii indictione secunda †

CLXIII.

an. 976. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno sextodecimo: sed et constantino magno imperatore anno tertiodecimo die tertia mensis augustii indictione quarta neapolim: Definivimus nos maria. et sergio. et leonem uterinis germanis filiis quidem domini stephani modiosoldi: tecum denique gregorio filio quondam domini stephani: de altercationem quem inter nobis habuimus: Dicendo pars tuam adversus nos. ut tu et parentibus tuis viam habuissetis ad casalem vestrum de moletiana oc est da fine de via publica: et abinde per capite de ribum qui dicitur montenara: ex ipse capite ex ipsum ribum qui est a parte meridiana: et ipse ribum est coniuntum cum memorata via publica: et da capite de memoratum ribum qui est da memorata meridiana partem quomodo ascendit et badit per scapula et ab ipsa scapula quomodo badit per cabuschella. et ab ipsa cabuschella quomodo badit directum per terra nostram que nos comparatam havemus da domino petro ipato: et abinde quomodo badit inter fine de terra tua qui.......et inter terra memorato genitori nostro: et abinde usque: ad ipsum casalem tuum cum omni tua utilitatem: pars autem nostram asserebad dicentes ut non esset veritas: set tu biam habuisset ad memoratum casalem tuum per via qui benit da mare: et dum multum exinde inter nos intentiones oriretur iudicatum est inter nobis ut si potueris pars nostram tivi ostensionem facere quomodo tu per ipsa bia handasset infra quadragintam hannos iusiurandum cum ipsis testibus tu iam per ipsa bia non andaret: set andaret per ipsa via qui benit da mare: Sin autem iurare nobis pars tua et dicere quia per quadragintam annos quittuquit parentibus tuis per memorata via qui benit da memorato ribo de montenara. et ascendit per memorata scapula et per memorata cabuschella et per memoratam terra nostram que comparatam havemus......inter memorata terra tua qui est clusuria: et inter memorata terra memorato genitori nostro inde viam abuissetis usque: ad memoratum casalem tuum cum omni nostra utilitatem. et quia non valuit pars nostram taliter tivi illud ostendere: ideoque in presenti recepimus a parte tua memoratum sacramentum et definivimus exinde...........

. . . . modo et semper tu vel heredes tuis exinde viam havere deveatis cum omni vestram utilitatem absque : omni nostra vel de heredibus nostris contrarietatem vel requisitione : Insuper promittimus tivi ut si quavis persona surrexeris : et tu tuisque heredibus exinde quesieris per memorata chartula comparationis . . . . nos vel heredes nostris vobis desuper tollere et tacitos facere deveamus : Quia ita inter nobis iudicatum est : Si autem aliter fecerimus nos vel heredes nostris de is omnibus memoratis ut super legitur per quolivet modum aut summissis : personis : tunc componimus tivi tuisque : heredibus auri solidos duodecim bythianteos : et hec chartula . . . . ut super legitur sit firma : scripta per manus sergii curialis per memorata indictione †

hoc signum † manus memorata maria : et sergio et leone germanis quod ego qui memoratos ab eis rogitus pro eis subscripsi †

hoc memorati sumus ut tota memorata via essere devead de latitudine quantum est memorata . . . . heredes nostris per ipsa via handare deveatis . . . . utilitatem : et tu et heredes tuis per ipsa via handare deveatis cum omni vestra utilitatem : si aliter fecerimus in memorata pena subiaceamus

† ego sergius filius domini petri rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ego cesarius filius domini sergi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis Complevi et absolvi die et indictione memorata quarta †

CLXIV.

an. 976. † In nomine domini quadragesimo quarto anno principatus domini gisolfi gloriosi principis et tertio anno principatus domine gemme uxor eius et domini paldolfi optato filio eorum mensis nobembris quinta indictione. Ideoque ego vir nomine ciceru filius quondam petri de castello lauri Clare me facio ante subscripti testis...............mitate me dacere cognosco infirm........... unde nisi divina misericordia mihi non obbiaberit.... us ab ac vita me finire me credo set data est mihi. a domino protectione ac recta in me cognosco abere memoria: quam et ego mulier nomine iaquinta filia quondam *domini* iaquinti de apusmonte et uxor sum predicti ciceri nosque vir et uxor uniter et atque cummuniter. offeruimus pro remedium salutis anime nostre terrarebus nostra que enim abemus in liciniana quam et ego vassallu et ego sanda mulier ipsius vassalli. et ego iohanne germani filii desuper nominato petri. quam clare nos facimus vir et uxor et ego iohanne ante subscripti testis abe remus rebus in supradicto loco liciniana finibus sarnense et sicut nobis congruum esse videtur pro salbationis anime nostre offeribimus in ecclesia vocabulum dei genitricis et virginis marie que sita est in spelucca in monte besubei ubi nunc modo dominus Sparano sacer et umilis abbas regimen tenet oc est itegre sortionis nostre de terrarebus nostra in supradicto locum cum castaneis et insitetis et ulivetis quem nobis qui supra ciceri et vassalli et iohanni germani pertinet per successionem supradicti genitori nostro set ideo pro salbationis anime nostre in integrum ipseque nostre sortionis in prefata ecclesia offeruimus at semper eos abendu dominandu et frugiandum predicta ecclesia et eius rectoribus unde pro stabiliscendam et confirmandam ex ac nostra offersione primis omnium imputabimus a vos nobis sanctis vestris orationibus quousque modo nobis orastis et in antea orandi essetis tamen nos predicte mulieris ipseque nostre sortionis quod est quartam partem de ipsa res quod ab ipsi viri nostri emisse abuimus alia die nuptiarum nostre copulatione in prefata ecclesia offeruimus per consensum. *et voluntate* ipsorum viri nostri in cuius mundium nos iacere credimus. Interea nos nominati viri et uxori in integrum trasactibus nominem eadem rem quam prelegitur in su-

perdicto loco offeruimus cum inferius et superius et cum omnia intro se abentibus et intus pertinentibus cum vice de viis sui trasactibus nomine et affunditus eos ipsa ecclesia et eius rectoribus abendum securomine sine omnes nostras vel nostris heredibus contrarietate aut cuiuscumque requesitione unde repromittimus et obligamus nos ut ea que nostra offersione quam prelegitur nos aut nostris heredibus aliquando tempore eadem offersione exinde tollere aut contrare quesiemus tollendu aliquot exinde quomodocumque ante omnia modis omibus questio nostra modis omnibus questio nostra sit bacua et tacita atversus prefata ecclesia et eius rectoribus et ad componendum siamus nos predicti germani et nostris heredibus in predicta ecclesia et ad eius rectoribus obligati ad componendum quinquaginta solidos constantinopolitanos et que aput vos fuerit melioratum vel factum edificium sub estimatione pretii nos vobis restituere placitabimus de colludio autem legibus per dei ministeria iuremus et ipsa que prelegitur per invitis nos et nostris heredibus in predicto loco defensemus et anc chartulam offersionis in supradicta ratione sit firme vobis imperpetuis. sicut te magelgardus diaconus et notarius taliter scribere rogabimus

† Ego ma..lfus
† ego iohannes
† Ego petrus
† Ego leo

CLXV.

an. 977. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno septimodecimo : sed et constantino frater eius magno imperatore anno quarto decimo : die secunda mensis februarii indictione quinta neapoli : Certum est me petrum filium quondam iuliani cui supra nomen corbi qui fuit habitator super clibum at sanctum petrum at paternum : una cum consensum eufimia genetrice mea : seu et cum consensum anna coniugi meae : A presenti die promptissima voluntate venundedi et tradidi vobis domino stephano militi filio quondam domini leoni militi et domina pitru honesta femina hoc est iugales : Idest integras sexuncias meas de fundum positum in memorato loco at sanctum petrum at paternum una cum arboribus et fructoras et introitas earum et omnibus sivi pertinentibus : qui coheret sivi ab uno latere fundum de illi bobuli sicuti inter se termines exfinat : et ab alio latere coheret alias sexuncias vestras ex ipsum fundum quem comparata habetis a congregatione chartule sancti petri at illi ferrarii distributores anime quondam memorati iuliani cui supra nomen corbi genitori meo : et ab uno capite coheret via qui badit inter ipsum fundum et inter fundum de illi medici sicuti inter ipsum fundum quod tibi venundedi et inter ipsa via sepis exfinat. et ab alio capite est terra heredes domini bitaliani pellari sicuti inter se sepis exfinat : de qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque persona commisimus aut iam commictimus potestate : et a presenti die et deinceps a me vobis sit venundatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis : et neque a nobis neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos aut heredibus vestris quod absit abeatis exinde quacumque requisitione aut molestia a nunc et imperpetuis temporibus : insuper et ab omni homine omnique persona ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus : propter quod accepi a vos exinde in presentis idest auri tari quatuordecim sicut inter nobis combenit : actamen stetit inter nobis ut quandoque me aut heredibus meis at antestandum probocaberitis nobis hostendere debeatis idest una char-

tula comparationis que exinde atpreensit memoratus genitor meus da marino aurifice filio quondam iohannis aurifici. et alia chartula securitate que memoratus genitor meus atpreensit da cesario presbitero et cymiliarcha sancte neapolitane ecclesie et a cunta congregatione chartule ecclesie stephanie et a congregatione chartule sancte pauli et sic vobis illos antestemus: quia sic nobis combenit si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma: scripta per manus iohannis tabularii per memorata quinta indictione † hoc signum † manus memorati petri cum consensum memorata genitrice et coniuge sua quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego gregorius filius domini stephani rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego theodorus filius domini ursi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego sergius filius domini iohannis monachi rogatus a suprascripta personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego iohannes tabularius Complevi et absolvi per memorata quinta indictione †

CLXVI.

an. 977. † In nomini domini nostri Ihesu Christi dei eterni. Tricesimo quarto anno principatus domini nostri paldolfi gloriosi principis. et nono anno principatus domini landolfi eius filio mense martio quinta indictione. Ideoque nos iohannes filius quondam gualti et iohannes presbiter et sparano germani et filii idem adelperti qui gizzo super nomen clamatur. donatus clericus et calendi germani et filii petri. toti habitatori iuxta sanctum donatum ad felice. sicut nobis aptum et congruum est. per hanc enim chartulam benundedimus tibi summi filii idem agelmundi. et habitator sum intro hanc civitate capuana hoc est una petia de terra nostra que abuimus in loco qui dicitur cesarani. et ipsa terra habet finis ab uno latere fine terra de filii domini sichenolfi comitis. et ex alio latu terra mea qui supra comparatori. et per singulas latera abet exinde in longitudine passi quinquaginta. unu capu fine terra maraldi. et per ipsum capu abet exinde per trabersum passi biginti et tres. et ex alio capu fine terra de ipsi homines de casale abet exinde passi biginti et tres et medium ad passo de mensura landoni seniori castaldi. est mensuratum. hec autem petia de terra qualiter de fine in fine indicata et mensurata est. set una cum arbores. et cum omnia ibi intro habentibus. subter vel super et cum bia sua intrandi et exiendi cunctas et integra predicta petia de terra. tibi iam nominati summi benundedi possidendum. unde infra supradicte finis et mensuris. nobis nec uxori nostre. nec alicuilivet exinde nullam reservabimus set cunctas et integras eadem predicta petia de terra tibi benundendi ut dictum est. et prescripta nostra. benditione recepimus pretium nos qui supra benditori. da te emtorem nostrum hoc est auri solidos sex vizanteos bonos inter ithitos et sculicatos. finitum vero pretium. ea ratione quatenus amodo et semper tu qui supra emtor et tuos heredes firmiter habeatis et possideatis integra suprascripta nostra benditione. et obligavimus nos et nostros heredes. tibi qui supra qui supra comparatori et ad tuis heredibus integra suprascripta nostra benditione. defendere et antestare semper a parte uxori nostre. et a partibus langobardorum. seu et a partibus romanorum. set ab aliis omnibus hominibus ab omnique partibus. si autem vobis eamdem benditione defendi non

potuerimus ut diximus. primis tibi tuisque heredibus nos et heredes nostros de colludio legibus bonis iurare obligavimus. et componamus suprascripto pretium in duplum et in duplo per appretiatum. quod suprascripta nostra benditione apud vos remelioratam. paruerit. Nam si nos qui supra benditori vel nostris heredibus hanc benditione per qualecumque ingenium dirrumpere aut retornare quesierimus. tunc et suprascripta dupla vobis componamus et eadem benditione integra in potestati vestre admittamus ad semper abendam. et taliter nos qui supra benditori. te petrus clericus et notarius scribere rogavimus actum ligurie in plebe sancti donati †

† ego martinus presbyter et plebanus

† ego iohannes presbyter

† ego petrus presbyter

CLXVII.

an. 977. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno septimo decimo sed et constantino frater eius magno Imperatore anno quartodecimo die tertia mensis magii indictione quinta neapoli. Certum est me hanna honesta femina filia quondam domini. .ani una cum consensu domini stephani viri mei: A presenti die dedi vobis.................. palumbo seu stephano et millitum nec non et marino hoc est uterinis germanis filiis quondam iohannis monachi de loco maranum: idest integres tres peties de terres mees posite in loco qui nominatur faragnanum una vero ex ipse terre coheret sivi ab uno latere via publica et ab alio latere coheret terra et de uno capite coheret terra de illi buccatorii: et de alio capite coheret terra heredes quondam cesarii farricelli: secunda petia posita ibi ipsum: coheret sivi ab uno latere terra heredes de illi brancatii et ab alio latere coheret terra de illi buccatorii et de uno capite coheret terra de heredes domini stephani duci: et ab alio capite coheret terra de memorati illi buccatorii: tertia petia posita ibi ipsum in memorato loco coheret sivi iterum ab uno latere terra de illi brancatiti et de alio latere coheret terra de illi buccatorii et de uno capite coheret terra memorati heredes domini stephani duci et de alio capite coheret terra et terminis de illa comunalia hec autem memorates terres una cum introitas sua et omnibus sivi pertinentibus: quas vero memorates terres vobis vestrisque heredibus dedi ad detinendum et lavorandum: in eo vero tinore ut in bestra sit potestate illos lavorare et arbustare et vitare vene et diligenter caucuminas et bites ibidem ponere et plantare debeatis ubi necessum fuerit cum omni vero expendio et illos super vos frugiare debeatis de memorates terres nobis dare debeatis amodo et usque in tres annos omni annuo dum usque sivi memorate terre non obumbraverit de memoratum pa....modia octo de quod ibi seminaveritis et unum parium de pulli et usque quo salierit ipse arbustus quem bos feceritis ad ornes decem de vinum mundum super bos illos frugiastis: et quantum compleverimus memorati tres annis da inde in supra ubi obumbraverit ipse pastinus memorata terra tunc nobis exinde dare debeatis terraticum. eximplice de quo

ibi seminaveritis et da memorate decem hornes de memoratum binu in supra dividamus omnem binum quod ibi fecerimus per medietate ego et heredes meis medietate et vos et heredes vestris medietate: et ubi refecerit ipse arbustus ut dicat bonis hominibus quod siat ipse arbustus bonus arbustatus et vitatus tollamus exinde ante sortem de una de memorate terre de uno capite quale eligere voluerimus modia dua per passi: et reliquum totum alium qui remanserit dividamus illos inter nobis per medietate ego et heredes meis medietate et vos et heredes vestris medietate et postquam diviserimus ipsa sorte nostra qui nos tetigeris vos illos et heredes vestris lavorare debeatis in parte ut feceris totus ipse locus excepsi illos perclara facta veritate paruerit ut illos lavorare non potueritis licentiam habeatis illos mihi meisque heredibus illos abrenuntiare: et ipsa sorte vestra qui vos tetigerit ego et heredes meis vobis vestrisque heredibus illos antestare debeamus et ubi divixerimus ipsum terraticum vobis non queramus: insuper stetit nobis ut si ego illos adbendere abuerimus aut heredibus meis tunc vobis vestribus heredibus illos dare debeamus in bestro proprio pretio ut fuerit atpretiatum a christianissimis viris et si vos aut heredes vestris illum aduendere abeatis tunc mihi meisque heredibus illum dare debeatis in pretio ut fuerit atpretiatum a christianissimis viris et qui ex nos aut nostris heredibus illos inter nos emmere voluerimus cuique dare voluerimus licentiam habeamus quia ita nobis placuit: si autem ego aut heredes meis aliter fecerimus de his omnibus memoratis tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos triginta bytianteos et hec chartula sit firma scripta per manus ioanni curialis per memorata indictione †

hoc signum † manus memorata hanna quod ego qui memoratos ab ea rogitus pro ea subscripsi †

† ego stefanus subscripsi †

† ego sergius filius domini cesarii prefecti rogatus a suprascripto iugales testi subscripsi †

† ego marinus filius domini sergii rogatus a suprascripto iugales testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ϹΕΡΓΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟϹ ΙΥΓΑΛ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CLXVIII.

an. 977. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno octabo decimo. sed et constantino magno Imperatore frater eius anno quintodecimo. Die nona mensis nobembrii indictione sexta neapoli: Certum est me iohannem filium quondam domini petri qui supranomen pictuli. una cum volumtate presentem drosu honesta femina coniugi meae: A presenti die promtissima volumtate pro domini ammorem et redemtionis anime meae ut aput deum omnipotentem meritum bonum imbenire baleam. Offero et trado vobis domino iohanni venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. IDest integra portionem et pertinentias meas de fundoras seu de terris et de silvis insimul positis in loco qui vocatur arinianum una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas suas omnibusque eis generaliter pertinentibus. De qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personas commisi vel amodo iam commicto potestatem: Itaut ha nunc et deinceps memorata integra portione et pertinentias meas ex ipsa fundoras et terris seu de silvis insimul positis in ipso loco arinianum una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas suas omnibusque. eis pertinentibus. unde nihil mihi exinde remansit aut reservavi set in integro sicut superius legitur a me vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sint oblatum et traditum ut in vestra posterisque. vestris sint potestatem ad havendum ibi illud in sempiternum et neque a me memorato iohanne cum volumtate memorate drosu honeste femine coniugi meae neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memorato domino iohanne venerabili ygumeno aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus. eo quod nominis meo et istius coniugi meae scribere dignati estis in sacro dypticos vestros. Quia ita mihi complacui: Si autem ego aut heredes meis quovis

tempore contra hanc chartulam ŏffertionis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas tunc componimus vobis posterisque. vestris auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata sexta †

Hoc signum manus memorate drosu honeste femine quod ego qui memoratos pro ea subscripsi †

† ego iohannes subscripsi †

† ego theodorus filius domini ursi rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† ego iohannes tabularius rogatus a memoratos iugales testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† Ego Iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata sexta †

CLXIX.

an. 979. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno octabo decimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno quintodecimo. Die septimadecima mensis magii indictione sexta neapoli: Certum est nos petrum et stephanum germanis filiis de trasari qui supranomen rico commanentes autem in loco qui vocatur casaaurea raviosa. A presenti die promtissima volumtate promictimus vobis domino iohanni venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario cuius hospites et serbis sumus partibus militie et partibus langobardorum. eo quod tu cum cunta vestra congregatione monachorum nobis chartula promissionis fecistis hodie tertia die quatenus amodo et semper nos et heredes nostris licentiam haberemus a libero maritare et uxorare: IDeoque et nos promictimus vobis ut amodo et semper hac perpetuis temporibus nos et heredes nostris masculis fundatis et serbis vestris esse debeamus in tertia vestra de fundum ex ipso loco casaaurea et vobis posterisque vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio dare et persolbere seu facere debeamus omnes serbitium et censum seu consuetudine per ratiocineas sicuti fecimus et dedimus nos et parentibus nostris vobis et ad antecessoribus et ad autoribus vestris absque omni vestra ammaricationem nulla vobis mictentes hoccansionem. set nos et heredes nostris masculis filias nostras feminas a libero maritare licentiam habeamus. set si ex ipsis masculis non remanserit masculum a tunc una ex ipse femine et heredes eius in memorata tertia vestra ex ipsum fundum fundata esse debeant in eodem ordine ut super legitur. Quia ita nobis complacui: Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam promissionis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas. tunc componimus vobis posterisque vestris auri libra una bythiantea et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata sexta †

Hoc signum † manus memorati petri et stephani germanis quod ego qui memoratos ab eis rogitus pro eis subscripsi †

† ego theofilactus filius domini stefani rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi †

† ego cesarius filius domini sergii monachi rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi †

† ego theofilactus filius domini gregorii rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi †

† Ego Iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata sexta †

CLXX.

Christe fave.

an. 978. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno hoctavo decimo sed et constantino magno imperatore anno quintodecimo die decima mensis iunii indictione sexta neapoli. Combenit itaque cum domini ausilio inter nos theodonanda umilem. abbatissimam monasterii sancti marcellini. una cum cunctam nostra congregatione monacharum. nostrarum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii. et inter te videlicet marino filio quondam domini iohanni quatenus inter nobis divisimus in secundam partes. Idest integras duas terras que vocantur ad atranum. positas ad subfretarii territorio putheolano. Unde nobis et in memorata nostra congregatione monacharum pertinet exinde medietate per dispositum quondam domini marini thii tui. et tibi pertinet exinde alia medietate per quondam domina maria honesta femina genitrice tua. de qua tetigit exinde in memorata portione prima te memorato marino. Idest portio de una ex ipse terre in qua est palmentum et gripte in trabersum divisa hoc est a parte meridiana. et iustarium. de qua reliqua portio ex ea qui est a parte septemtrionis et iusta terra monasterii sancti dimitri tetigit in portione secunda sicuti inter se duos terminis exfinant. hec bero portio cum arboribus et introitas suas et omnibus eis pertinentibus. memoratum bero palmentum et iamdicte gripte remanserunt inter nobis nostrisque posteras seu heredibus communiter. via bero ubi nobis necessa fuerit. uni alterius inter nobis nostrisque posteras seu heredibus dare debeamus cumque nobis necessa fuerit. Si autem nos vel posteras nostras aut memorato sancto et venerabili nostro monasterio quobis tempore contra hanc chartula combenientiae divisionis. ut super legitur benire presumserimus et minime atinpleberimus de iis omnibus memoratis per quobis modum. aut summissis personis tunc conponimus tibi tuisque. heredibus auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula combenientiae divisionis ut super legitur sit firma. scripta per manus sergii curialis scribere rogatus per indictione memorata sexta †

hoc signum † manus memorate theodonande umilis abbatisse. signum † manus anne monache. signum † manus drosu monache. signum † anne monache ipsius congregationis quod ego qui memoratos pro eas subscripsi †

† ΕΓΟ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α ΣΣΤΑ ΑΒΒ ΕΘ Α ΣΣΤΑ ΚΟΝΓΡΕΓΑΖΙΟΝΕ ΤΕΣΤΙ ΣΟΥΒ †

† ego iohannes filius sergii rogatus a suprascripta abbatissa et a suprascripta congregatione testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii rogatus a suprascripta abbatissa et a suprascripta congregatione testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata sexta †

CLXXI.

an. 978. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno octabodecimo. sed et constantino magno Imperatore frater eius anno quintodecimo. Die tricesima mensis augusti indictione sexta neapoli: Horta est itaque intentio inter me anna honesta femina filia quidem domini aligerni monachi qui supranomen pictuli relicta autem quondam domini gregorii. et te videlicet domino iohanni venerabili ygumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario: De questionem quam aput te facere visa sum. propter una terra que vocatur Karictura posita vero in loco qui vocatur pumilianum quod est foris arcoras dudum aqueductus. Coherente sivi ab uno latere terra heredum quondam domini iohanni prefecti qui supranomen alfani. et ex alio latere terra heredum quondam domini aligerni bulcani. de uno capite terra heredum quondam domini aligerni prefecti morfissa. de alio capite via publica. De qua te quesivi dicendo pars mea quia memorata terra mea est et memoratus genitor meus ea tenuit et dominavit per quadragintam annos. pars autem tuam asserebat ut memorata terra qualiter per memoratas coherentias ea exegregastis propria esse memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: et quem tu quam antecessores tuis ea tenuissetis et dominassetis per quadragintam annos et memoratus genitor meus minime ea dominasset infra quadragintam annos. In hoc iudicatum est inter nobis et suscepi exinde a parte tua sacramentum qualiter superius exinde asseruistis et definivi exinde tecum in omnibus. et neque a me memorata anna honesta femina neque a meis heredibus nullo tempore numquam tu memoratus dominus iohannes venerabilis ygumenus aut posteris tuis nec memoratus sanctus et venerabili bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis tibi posterisque tuis exinde omnibus consortibus meis viri et consobrini et heredes eorum desuper tollere debeamus nulla vobis mictentes hoccansionem. Quia ita inter nobis iudicatum est. Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam securitatis ut super legitur venire presumserimus

et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas. tunc componimus tibi posterisque tuis auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni Curialis scribere rogavi per indictione memorata sexta †

Hoc signum † manus memorate anne honeste femine quod ego qui memoratos pro ea subscripsi †

† ego marinus filius domini cesarii monachi rogatus a suprascripta anna testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini ursi rogatus a suprascripta anna testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii rogatus a suprascripta anna testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata sexta †

CLXXII.

an. 978. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno nonodecimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno sextodecimo. die quintadecima mensis septembrii indictione septima neapoli: Certum est me gemma honesta femina filia quondam stephani monachi qui nominatur pampadeum relicta autem quondam idem stephani qui nominatur cannabarii. A presenti die promtissima volumtate venundedi et tradidi vobis drosu filia maladri monachi de loco qui vocatur pomecaria coniux presenti Iohanni de tertium. et maria filia petri de leone audemundum de memorato loco pomecaria coniux presenti stephani de caccutum de decivile de tertium. seu theodonanda filia Iohannis de masteleone. coniux presenti petri. filio memorati caccuti. de tertium hoc est cognatas. Idest integra una corrigia de terra mea que nominatur in campo de lucia posita in memorato loco tertium. una cum arvoribus et introitum suum omnibusque sivi pertinentibus. Coherentem sivi hab uno latere terra iohanni calciolarii qui nominatur malangoni. et de alio latere terra iohannis monachi filio quondam cesarii seu et terra heredum quondam petri monachi qui nominatur butiaspe: De uno capite terra quidem christophori comiti. ad vero alio capite est fundum meum qui mihi reserbavi. sicut sepis exfinat. De qua nihil mihi exinde intus memoratas coherentias remansit aut reserbavi nec in alienas personas commisi potestatem: Ita ut ha nunc et deinceps memorata integra corrigia de terra mea que nominatur in campo de lucia posita in memorato loco tertium cum arvoribus et introitum suum omnibusque sivi pertinentibus. qualiter prenominatas coherentias circumdans a me vobis sit venundatas et traditas tibi memorata drosu medietatem. et vobis memorata maria et theodonanda cognatas alia medietatem. in vestra vestrisque heredibus sint potestatem quidquid exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem. et neque a me memorata gemma honesta femina neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memorata drosu et maria. seu theodonanda hoc est cognatas aut heredes vestris quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestias per nullum modum nec per summissis per-

sonas ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis. vobis vestrisque heredibus ab omnis homines omnique personas exinde in omnibus antestare et defensare debeamus. pro eo quod accepi a vobis exinde impresenti idest auri tari triginta quinque in omnem decisionem seu deliberationem: Quia ita inter nobis combenit: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offenderimus per quovis modum aut per summissis personas. tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos. et hec chartula ut super legitur sit firmas imperpetuum: scripta per manus petri curialis per memorata septima indictione † Hoc signum † manus memorata gemma honesta femina. quod ego qui memoratos pro eam subscripsi et memoratis tari traditos vidi †

† ΕΓΟ ΘΕΟΔΟΡΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ...................... ΤΑ ΓΕΜΜΑ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ ΕΤ ϹϹΤΙ ΤΑΡΙ Τ........................

† ego stefanus filius domini.................................... subscripsi et suprascripti tari trad.............

† ego iohannes filius domini petri monachi rogatus............... subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CLXXIII.

an. 978. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno nonodecimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno sextodecimo. die nonadecima mensis nobembrii indictione septima putheolim: Merissi divisionis facta a nobis sergio et heupraxia germanis filiis quidem iohanni deboto monachi putheolani. et saviniano filio quondam iohanni farricelli una cum volumtate memorati iohanni deboto monacho genitori et consogrunii nostri. etiam ego memorata eupraxia cum volumtate iohanni viri mei. simulque nos memoratis germanis pro vice et portionibus nostris tam pro vice et portione iohanni germani nostri qui infra etate esse videtur. et ego memorata saviniano pro vice et portione maru nuru meae qui infra etate esse videtur. De campum qui vocatur serana positum in territorio putheolano quem memoratus genitor et consogrunio nostro ad pastinandum appreensit per chartulam a quidem domino iohanni venerabili ygumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario. quas dividere visi sumus in duas partes inter nos et memoratum dominum iohannem venerabilem ygumenum. De qua tetigit in ista prima portione te memorato domino iohanni venerabili ygumeno insimul pro ipsas sex uncias tuas et pro unum modium quem per passos super partem exinde habuistis tollere: IDest portio ex ipsum campum qui vocatur serana hoc est a parte septemtrionis secus via pubblici una cum palmentum fabritum qui ibi esse videtur. unde reliqua portio ex ipsum campum a parte meridiana iuxta caba tetigit importione secunda quod est in trabersum divisum qualiter inter se tres termines exfinat primo vero termine qui est fictus in egripum parte horientis et quomodo vadit sectum in secundo et tertio termine qui est fictus in cilio de scapula parte hoccidentis. hec vero prima portio una cum arvoribus et introitum suum omnibusque sivi pertinentibus. griptis vero et pischinis qui sunt in ipsa secunda portione cum introitas suas remanserunt inter nobis nostrisque heredibus aut posteris nostris communalis perenniter. ista vero prima portio cum memorata secunda portione in memorata secunda portione palmentum fabritum facere debeant ad omni communem exspendium et sit de ipsa secunda portionem. set donec ipsum pal-

mentum non fecerimus licentiam habeat ipsa secunda portio in eodem palmentum fabritum istius portionis omni annuo calcare et vindemniare ipsa portione sua. Omnes enim legationis quem continent ipse chartule pastinationis sint firmas. De autem scapulis ex ipsum campum stemus ambas partes ad legem eo quod non sunt pastinate et quantum ex ipse scapule sunt in ipsa secunda portione fiamus ad legem ut super legitur si per legem potueris illas habere ipsa secunda portio fiat in ipsa sua portione et si per legem non potueris illas habere fiant tuas memorati domini iohanni venerabilis ygumeni posterisque tuis. nos vero memoratis germanis et heredes nostris memorato germano nostro et heredes eius ex his omnibus memoratis tibi posterisque tuis desuper tollere promictimus. et ego memorato saviniano et heredes meis memorata nurua mea et heredes eius tibi posterisque tuis exinde desuper tollere promictimus. Quia ita nobis complacui: Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc merissi divisionis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas. tunc componimus tibi posterisque tuis auri libra una bythiantea: et hec merissi qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis scribere rogavimus per indictione memorata septima †

Hoc signum † manus memorati sergii et heupraxiae germanis cum volumtate memorati iohanni deboto monacho genitori suorum etiam memorata eupraxia cum voluntate memorati iohanni viri sui. signum † manus memorati saviniani ego qui memoratos pro eis subscripsi †

CLXXIV.

an. 979. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno nonodecimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno sextodecimo. Die prima mensis ianuarii indictione septima neapoli: Certum est me marinum filium quondam domini sergii dudum prefecti et fortiori civitate syrrentine postmodum vero monachi. A presenti die promtissima volumtate commutavi et tradidi vobis domino iohanni venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergi et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario. IDest integras duas terras meas constitutas bero in loco qui vocatur malitum pertinentes vero mihi de fundo meo de carpinianum una cum arvoribus et introitas suas omnibusque eis pertinentibus. ex quibus una petia qui dicitur de illi de carpinianum. Coherente sivi hab uno latere parte septemtrionis terra stephani Katitilla. et ex alio latere parte meridiana terra stephani filio leoni. de uno capite parte horientis terra leoni presbiteri serbi mei filio carpiniani serbi mei. de alio capite parte hoccidentis terra niceta filio domini sergii et havet de longitudine pro unoquoque latere passos hoctuaginta quatuor et de latitudine pro unoquoque capite passos hocto. secunda petia que vocatur castanietum coherente sivi hab uno latere parte septemtrionis terra memorati leoni presbiteri serbi mei. de alio latere parte meridiana terra memorati stephani filio memorati leoni de uno capite parte horientis terra stephani herarii. de alio capite parte hoccidentis via publici. et havet de longitudine pro unoquoque latere passos triginta quatuor et de latitudine pro unoquoque capite passos quindecim. insimul vero memorati passi ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: quamque commutavi et tradidi vobis et integra portionem meam de montem de casapauli cultus vel incultus et de montem a pretas de mole ibique simul cum introitas suas omnibusque eis pertinentibus pertinentes vero mihi a memorato genitori meo. De qua nihil mihi ex his omnibus que superius vobis commutavi aliquod remansit aut reservavi nec in alienam personas commisimus potestatem. et a nunc et deinceps a me vobis sint commutatas et traditas in vestra posterisque vestris

memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio sint potestatem queque exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem. et neque a me memorato marino neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memorato domino iohanni venerabili ygumeno aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumqne requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes meis memoratas integras duas terras meas de malitum qualiter per memoratas coherentias et per memoratos passos superius vobis eas commutavi ab omnis homines omnique personas a partibus militie et a parti bardorum vobis posterisque. vestris in omnibus antestare et defensare promictimus. propter quod advicem in commutationis recompensationisque. accepi a vobis idest integras duas terras vestras positas in ipso loco casapauli ex quibus una petia que vocatur pratum alia autem que vocatur quaranta hordine. utrasque cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas suas omnibusque. eis pertinentibus qui vobis memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio obvenit a quidem domina anna monacha parenti meae per chartulam offertionis quam aput vos habetis pro alium que continet que vobis reserbastis. Insuper accepi a vobis et integra portione vestra ex integra terra que vocatur casavituli una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum holibis simul cum introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus qui vobis memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio pertinet per dispositum quondam iohanni buccafargala. Coherente sivi memorata terra que vocatur pratum hab uno latere parte horientis terra heredum gregorii monachi vobuli et havet ibidem longitudine passos triginta septem. et ex alio latere parte hoccidentis terra heredum domini gregorii monachi bulcani soceri mei et havet ibidem longitudine passos quadraginta unum. de uno capite parte septemtrionis terra heredum leoni filio stephani Kata domini amatiaspi sicuti inter se tres termines exfinat et havet ibidem latitudine passos viginti unum. de alio capite parte meridiana via et havet ibidem latitudine passos viginti: memorata vero terra que vocatur ad quaranta hordine similiter coheret de uno latere parte horientis terra memorati heredum memorati soceri mei et havet ibidem longitudine passos quadraginta duos. de alio latere parte hoccidentis terra heredum iohanni Kata pantaleo-

nem comitem et havet ibidem longitudine passos quadraginta nobem. de uno capite parte septemtrionis terra memorati heredum memorati leoni filio memorati domini stephani et havet ibidem latitudine passos triginta tres. de alio capite parte meridiana est ribum et havet ibidem latitudine passos triginta nobem. Insimul vero memorati passi sunt mensurati ad memoratum passum ferreum sancte memorate neapolitane ecclesie: unde nihil vobis de hoc quod superius a vobis accepi reserbastis sicuti et quomodo mea continet chartula commutationis que vos cum cunta vestra congregatione monacherum mihi exinde nunc fecistis in omnem decisione seu deliberationem. Quia ita inter nobis combenit. Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam commutationis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas. tunc componimus vobis posterisque. vestris auri solidos trigiata sex bythianteos: et hec chartula qualiter continet firma˺ permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis scribere rogavi per indictione memorata septima †

† marinus subscripsi †

† ego gregorius filius domini marini rogatus a suprascripto marino testi subscripsi †

† ΕΓΟ ϹΤΕΦΑΝΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΜΑΡΙΝΟ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΜΑΡΙΝΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΜΑΡΙΝΟ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata septima †

CLXXV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno *nonodecimo* sed et constantino frater eius magno Imperatore anno sextodecimo. die septima mensis februarii indictione septima neapoli. Certum est me bona filia quondam.......... drosu iugalibus una cum consensu petri viri mei: et abitatoribus in loco qui vocatur.....A presenti die promtissima voluntate Venundedi et tradidi vobis iohanni et pitru hoc est iugales et abitatoribus in octaianum istius territorii nostro. IDest integra una terra mea que vocatur cisminiana at sanctum sossium at pischinule: una cum arboribus et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: qui coheret sivi a duabus capitibus terra domini stephanaci umilem presbiterum. et *de uno* latere coheret terra qui fuit romani. et de alio latere coheret terra maria surrentina: qui mihi obvenit a quondam petro primicerio et maria iugales pro morgincabtum meum quod ipsi iugales mihi dare debuerunt per chartula: Unde nihil mihi intus memoratas quoherentias exinde aliquid remansit aut reserbavi nec in alienam cuiusque persona quod absit commisit aut iam commicto potestatem: et A presenti die et deinceps prenominata integra memorata terra mea qualiter per memoratas coherentias circundat una cum arboribus et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus ut super legitur. a me vobis sint benundatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis semper liberam abeatis potestate. et neque a me memorata bona cum consensu memorati petri viri mei neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos memorato iohanne et memorata pitru iugales aut heredibus vestris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia ha, nunc et imperpetuis temporibus. Insuper et ab omni ommine omnique persona omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod accepi a vobis exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione idest auri tari viginti: quia ita nobis vone voluntatis placuit si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredibus meis vobis ve-

an. 979.

strisque heredibus auri solidos triginta sex bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus petri Curialis scribere rogavi et testes ut subscriberent rogatus per memorata septima indictione †

Hoc signum † manus memorata bona cum consensu memorati petri viri sui quod ego qui memoratos ab eam rogatus pro eis subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† ego leo filius domini gregorii rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascripti tari confiteor percepisse †

† ego sergius filius domini theodori rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascripti tari confiteor percepisse †

† ego anastasius filius domini iohannis rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascripti tari confiteor percepisse †

† Ego petrus Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per memorata septima indictione †

CLXXVI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno: nonodecimo: sed et constantino magno imperatore frater eius anno sextodecimo: die hoctaba mensis: magii indictione septima neapoli: Merissi divisionis facta a me urso filium quondam iohanni abitante de loco qui nominatur: nepetianum super clibu de galloro de una petia de terra nostra: posita: in memorato loco nepetianum: quam ego divisi in tertiam partem: inter me et vos. bidelicet leone thio meo. filium quondam tauri: et gregoria filia quondam lupi: conius tua memorati leoni thio meo: de qua tetigit: in ista portione tertia te memorata gregoria: idest portio ex ipsa terra quod est a parte horientis iusta fundum nostrum: quem communiter divisimus: unda alia portio ex ea: a parte hoccidentis quod est in media *loca* inter ista portione et portione prima qui est a parte hoccidentis: tetigit in portione secunda te memorato leone: quod est intrabersu divisa sicuti inter se terminis exfinat: ....portio cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: vias vero ubi necessa fuerit dandi *inter novis* nostrisque heredibus exinde dare deveamus cumque necessum *fuerit* quia ita nobis placuit: et pars qui se retornare presumserit de is omnibus memoratis: per se aut per sumissis personis: tunc componat pars ipsius infidelis et suis heredibus: at partem fidem serbantis eiusque heredibus: auri solidos duodecim bytianteos: et hec merissi divisionis ut super legitur sit firma scripta per manus leoni curialis per memorata septima indictione †

an. 979.

hoc signum † manu memorati ursi: hoc signum † manus memorati leoni: signum † manus memorata gregoria quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini ursi testi subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis monachi testis subscripsi †

CLXXVII.

an. 979. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno nonodecimo : sed et constantino magno Imperatore frater eius anno sextodecimo : die octaba mensis : magii indictione septima neapoli. Merissi divisionis facta a me urso filium quondam iohanni abitante de loco qui nominatur : nepetianum super clibu de gallo..o : de una petia de terra nostra : posita : in memorato loco nepetianum : quam ego divisi in tertiam partem : inter me et vos bidelicet leone thio meo filium quondam tauri : et gregoria filia quondam lupi conius tua memorati leoni : thio meo : de qua tetigit : in ista portione secunda te memorato leone : idest portio ex ipsa terra quod est in media loca : inter portione prima qui est a parte occidentis : et inter portione tertia qui est a parte horientis : sicuti inter ista portione et portione prima et tertia terminis exfinat : hec vero portio cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus : Vias vero ubi necessa fuerit dandi inter novis nostrisque heredibus exinde dare deveamus cumque necessum fuerit : quia ita nobis placuit : et pars qui se retornare presumserit : de is omnibus memoratis per se aut per summissis personis : tunc componat pars ipsius infidelis et suis heredibus : at partem fidem serbantis eiusque heredibus : auri solidos duodecim bytianteos : et hec merissi divisionis ut super legitur : sit firma scripta per manu leoni curialis per memorata septima indictione † hoc signum † manus memorati ursi : hoc signum † manus memorati leoni : signum † manus memorata gregoria quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini ursi testi subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis monachi testi subscripsi †

CLXXVIII.

┼ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno imperatore anno: nonodecimo: sed et constantino magno imperatore frater eius anno sextodecimo: die decima mensis. magii indictione septima neapoli: Certum est nos leone filium quondam tauri: et gregoria filia quondam lupi hoc est iugales: et urso filium quondam iohanni hoc est thio et nepotes abitatores de loco qui nominatur nepetianum super clibu de galloro: ego memorato urso cum consensum maru: coniugi mee: A presenti die: promptissima voluntatem: Venumdedimus et tradidimus tivi domino stephano venerabilem presbiterum: filium quidem domini leoni custus bero ecclesie sancti seberi: idest integra una petia de terra nostra: una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: posita: in memorato loco nepetianum: seu benumdedimus et tradidimus tivi et integris portionibus nostris: de unum fundiciolum qui est coniuntum in uno chapite cum memorata petia de terra: una cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: posita in memorato loco: qui coheret at memorata petia de terra: ab uno latere a parte septemtrionis terra de memorata hecclesia sancti severi: et ab alio latere a parte meridiana terra domini petri palamenestra: ab uno chapite a parte hoccidentis: terra de illu basa domnasa: sicuti inter se sepis et fossatus exfinat: ab alio chapite a parte horientis coheret memoratum fundiciolum commune: unde nos tivi ipsis portionibus nostris: exinde benumdedimus: et coheret at memoratum fundiciolum commune: a parte septemtrionis fundum de memorata hecclesia sancti seberi: a parte meridiana fundum memorati domini petri palamenestra: a parte horientis fundum de illi dentici: a parte hoccidentis coheret memorata petia de terra: que nos tivi superius benumdedimus sicuti inter se sepis exfinat: unde nihil novis intus ipsas coherentias aliquod exinde remansit aut reserbavimus nec in aliena cuiusque personis: quod apsit commisimus aut iam commictimus potestatem: set a presenti die: et deinceps a nobis tivi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sit potestatem quidquid exinde facere volueritis: et neque a nobis neque a nostris: heredibus nec a nobis personis: summissis: nullo tempore nucquam tu me-

an. 979.

morato domino stephano venerabile presbiterum: aut tuis heredibus quod apsit aveatis exinde quacumque requisitione aut molestia: a nuc et inperpetuis: temporibus: insuper et ab omni homine omnique personis: omni tempore nos et heredibus nostris: tivi tuisque heredibus illos antestare et defensare deveamus: propter quod accepimus a te exinde: idest auri tari decem et septem: sicut inter novis combenit: si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis: tunc componimus nos et heredibus nostris. tivi tuisque heredibus auri solidos duodecim bytianteos: et hec chartula venditionis ut super legitur: sit firma scripta per manu leoni curialis per memorata septima indictione † hoc signum † manus memorati leoni: hoc signum † manus memorata gregoria iugales: hoc signum † manus memorati ursi hoc est thio et nepotes memorato urso cum consensum memorata maru: coniugi sue quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† ego sergius filius domini iohannis monachi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego iohannes filius domini gregorii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego theodorus filius domini ursi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† Ego leo Curialis Complevi et apsolvi per memorata septima indictionem †

CLXXIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi Imperante domino basilio magno Imperatore anno nonodecimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno sextodecimo. Die duodecima mensis magii indictione septima neapoli: Certum est me Stephanum monachum qui super nomen Iconianum filium quondam iohanni de loco qui vocatur pumilianum quod est foris arcoras dudum aqueductus. A presenti die promptissima volumtate pro domini ammorem et redemptionis anime mee ut aput Deum omnipotentem meritum bonum imbenire baleam. Offero et trado vobis domino iohanni venerabili ygumeno monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. Idest integrum fundum meum et integras omnes terras meas insimul positas in eodem loco pumilianum utrasque una cum arboribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas suas et cum omnia intus habentibus omnibusque eis generaliter et in integro pertinentibus. De qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in alienam personas commisi vel amodo iam committo potestatem. excepto unum modium per passos sicuti consuetudo est mensurare ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesie sive de terra mea que vocatur sianellum pittulum quem donavi ad quidem iohannem prevignum meum a quale latere vel capite ei illum exinde dare volueritis ita ut ha nunc et deinceps memoratum integrum fundum meum et memoratas integras omnes terras meas insimul positas in memorato loco pumilianum utrasque una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas suas et cum omnia intus haventibus omnibusque eis pertinentibus. unde nihil mihi exinde remansit aut reservavi ut dixi excepto memoratum unum modium quatenus sicut superius legitur a me vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sint offertus et traditus in vestra posterisque vestris sint potestatem queque exinde facere volueritis. et neque a me memorato stephano monacho neque a meis heredibus nullo tempore numquam vos memorato domino iohanni venerabili ygumeno aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis vester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque

an. 979.

requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus. eo quod vos me in memorato vestro monasterio recipere dignatus es et me ibi monachum fecisti quatenus tu et posteris tuis omnibus vite meae me enutrire et bestire seu calciare debeatis sicuti ceteris monachis vestris cenobiatis. Ita et ego tibi posterisque in obedientia et in servitio esse promitto ut sancta regula beati basilii docet. et numqnam presummo nec habevo licentiam sine iussione vestra ex ipso vestro monasterio exire sed diebus meis ibi finire promitto. et si sine iussione vestra ex ipso monasterio exiero tunc licentiam et potestatem habeatis per misso vestro me appreendere et in eodem vestro me reducere et me corripere ut ipsa sancta regula docet: Quia ita mihi complacui: Si autem ego aut heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam offertionis promissionisque ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas. tunc componimus vobis posterisque vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio auri libra una bythiantea: et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata septima †

Hoc signum manus memorati stephani monachi quod ego qui memoratos ab eo rogitus pro eum subscripsi †

et hoc memoratus sum quia et offero et trado vobis posterisque vestris per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio et omnes licerem et pertinentias meas de silvis et de padulis ex ipso loco pumilianum ut in vestra posterisque vestris sint potestatem queque exinde facere volueritis. et si aliter fecerimus in memorata poena subiaceamus †

† ego iohannes filius domini cesarii monachi rogatus a suprascripto stefano monacho testi subscripsi †

† ego sergius filius domini aligerni prefecti rogatus a suprascripto stefano monacho testi subscripsi †

† ego cesarius filius domini petri rogatus a suprascripto stefano monacho testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi die et indictione memorata septima †

CLXXX.

✝ Nos Paldolfus divina ordinante providentia Langobardorum gentis princeps et marchio Per rogu uuaiferii comiti dilecti parenti nostri concedimus vobis idest domino martini venerabili abbati monasterii sancte marie de illa spelunca sub monte vesubeo. omnes res pertinente vobis in suprascripto sancto vestro monasterio per vestras monimina et rationes quod habetis in loco domucella que fuit cuidam ursovano in monte et plano sicuti vestras monimina et rationes continent. seu et omnes terras quantas quantoque vobis vestrisque suprascripti monasterii est vel fuerit pertinentes per totum nostrum dominium que nunc modo habetis seu quantum in antea tu tuosque posteros a quobis homine vel a quocumque partibus parare aut conquerere potueritis ibique in dumucella et per alia singula loca undecumque vel quomodocumque sibe per cartule emtionis. seu concessionis et offertionis vel securitatis quam et per treuua iudicationis illut modo habetis vel in antea parare et conquedere potueritis tam vos quam et vestris posteris sibe per scriptis quam et in scriptis et quomodo ipse vestre monimina et rationes anteriores continunt quantaque ex ipsis rebus vestris vestroque prescripti monasterii est vel fuerit pertinentes cum omnibus hedificiis suis intro se habentibus: et cum omnes censum vel dationes seu angarias vel servitium et portaticum vel pensiones et caballum sibe qualiscumque serbitium in partibus nostre reipuplice vel castaldale facere aut persolberunt illis hominibus persolbere debuerunt quorum rebus paratum habetis seu et a quibus in antea parare aut conquedere potueritis tu tuosque posteros et cum omnem vestrum paratum et conquesitum totum et integrum ut supradictum est a funditer illut vobis vestrisque posteris concessi: in eam videlicet rationem ut amodo et deicceps per hoc nostrum roboreum preceptum habere et possidere seu facere et iudicare exinde volueritis in vestra vestrisque posteris maneat potestate: et in omnibus vobis sit perpetuis temporibus. concessum et firmatum vestrisque posteris sicut superius vobis concessi. Ita ut a nullis ex nostris comitibus castaldis iudicibus vel sculdeis seu cuiuscumque persona hominis aliqua vobis aut vestris posteris exinde inferatur molestia vel inquietudine. set perpetuis temporibus ex eaque vobis concessimus securiter atque absoluti maneatis exinde. neminem vobis vel vestris posteris aliquando exinde

an. 979.

in aliqua contrarietate ingerente. Ex iussione autem supradicte gloriose potestati. scripsi ego donatus clericus in anno tricesimo sexto et secundo anno principatus eius salernitano. et sexto anno principatus domini paldolfi eius filio mense octuber indictione octaba

CLXXXI.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo. sed et constantino magno Imperatore frater eius anno septimo decimo. Die sexta decima mensis martii indictione octaba neapoli: Certum est nos iohannem et stephanum germanis filiis quondam domini stauracii. ego vero memorato iohanne cum volumtate maru honeste femine filie meae. et ego memorato stephano cum consensum idem maru honesta femina coniugi meae: A presenti die promtissima volumtate venumdedimus et tradidimus vobis domino iohanni venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario. IDest integras quattuor uncias nostras ex integrum fundum et de integra corrigia de terra in uno coniunctum qui fuerunt quondam mariae honeste femine thie nostre qui fuit uxor domini iohanni quondam monachi vestri posita vero in loco qui vocatur ad sanctum petrum ad paternum una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas suas omnibusque. eis generaliter pertinentibus. quas bero memoratas quattuor uncias nostras que vobis nunc exinde venumdedimus indivisas reiacent cum alias duas uncias quidem mariae honeste femine germane nostre quas venditas havet et cum alias sex uncias ecclesie sancte mariae qui dicitur de domino reclauso. Coherente sivi insimul memoratum fundum cum memorata corrigia hab uno latere parte septemtrionis fundum vestrum iuris memorati sancti et venerabilis vestri monasterii et via communalem set inter hoc et memoratum fundum vestrum termines finiuntur. et ex alio latere parte meridiana fundum et terra quidem ursi pilari et fundum de illi saviniani. De uno capite parte horientis terra vestra et monasterii sanctorum seberini et sossi ubi eorum veneravilias quiescunt corpora. de alio capite parte hoccidentis memorata via communales. De qua nihil nobis intus memoratas coherentias aliquod remansit aut reservavimus nec in aliena persona commisimus potestatem. Itaut ha nunc et deinceps memoratas integras quattuor uncias nostras de memoratum integrum fundum et de memorata integra corrigia de terra in uno coniunctum una cum arvoribus fructiferis

an. 980.

vel infructiferis simul cum introitas suas omnibusque. sivi pertinentibus. unde nihil nobis exinde remansit aut reservavimus set sicut superius legitur a nobis vobis sint venumdatas et traditas in vestra posterisque vestris sint potestatem queque exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem. et neque a nobis memorato iohanne et stephano germanis cum volumtate memorate duabus maru filie et coniugi nostris neque a nostris heredibus nullo tempore numquam vos memoratus dominus iohannes venerabilis ygumenus aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore nos et heredes nostris vobis posterisque. vestris exinde ab omnis homines omnique personas in omnibus antestare et defensare promittimus. pro eo quod impresenti accepimus a vobis exinde idest auri tari viginti et pro alios octo tari accepimus a vobis exinde integra quartam partem vestram ex integra una terra qui fuit memorate thie nostre posita ad pedem de montem quod est in quarto maiore qui indivisa reiacet cum alia una quarta memorate ecclesie sancte mariae et cum alia una quartam memorati monasterii sanctorum seberini et sossii et cum alia una quartam nostram et memorate germane nostre una cum introitum suum omnibusque sivi pertinentibus in omnem decisione seu deliberationem. tantummodo stetit nobis ut si memoratam quartam partem vestram ex ipsa terra plus fuerit de unum modium per passi tunc per ratiocineas de memoratos tari vobis rendere debeamus. Quia ita inter nobis combenit: Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia memorata et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque vestris auri solidos viginti bythianteos et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum: scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata octaba †

memorata vero terra unde superius nobis dedistis memoratam quartam partem vestram insimul coniungitur hab uno latere cum terra nostra sicuti inter se termines finiuntur.

Hoc signum † manus memorati iohanni et stephani germanis cum

volumtate memorate duabus maru honesta femina filia et coniugi eorum quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memoratos tari traditos vidi †

† Ego gregorius Curialis rogatus a memoratas personas testis subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego sergius filius domini theodori rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego stefanus filius domini ursi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi die et indictione memorata octaba †

CLXXXII.

an. 980. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo. sed et constantino magno imperatore frater eius anno septimo decimo. Die quinta decima mensis aprilis indictione octaba neapoli: Certum est nos romanum et maria honesta femina germanis filium et filia quondam domini basilii et anne honeste femine iugalium personarum. quamque sergium filium quondam domini iohannis et quondam drosu honeste femine iugalium personarum hoc est thios et nepotem set ego memorata maria honesta femina. cum volumtate presenti domini stephani viri mei. A presenti die promtissima volumtate pro domini ammore et redemptionis anime nostre offerimus et tradidimus vobis domino iohanni venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus es in monasterio beatorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. ego vero memorato romano integra portionem meam et integris portionibus quondam marini et monastrie germanis thio et thia meis et ego memorata maria honesta femina integra portionem meam et ego memorato sergio integra portionem memorate genitrici meae insimul ex integrum casalem constitutum bero in loco qui vocatur quarto pittulo quod est foris flubeum una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas suas omnibusque. eis generaliter pertinentibus qui indivisas reiacent cum portionibus de ceteris consortibus nostris unde ab eis iam offertus havetis. quem vero memorata portio memorati marini thii nostri exinde mihi memorato romano ab eum pertinet per et memorata portio memorate monastrie thie meae mihi memorato romano pertinet a publica potestatem per chartulum concessionis. quem et ipsa chartula cum memorata concessionem aput me habeo. De qua nihil nobis ex ipsum casalem situm in ipso loco quarto pittulo quod est foris flubeum omnibusque. eis pertinentibus aliquod remansit aut reservavimus nec in alienas personas commisimus vel amodo iam committimus potestatem, et ha nunc et deinceps in vestra posterisque. vestris sint potestatem queque exinde facere volueritis. et neque a nobis memorato romano et maria honesta femina germanis et

sergio hoc est thios et nepotem ego memorata maria honesta femina cum volumtate memorati domini stephani viri mei neque a nostris heredibus nullo tempore numquam vos memoratus dominus iohannes venerabilis ygumenus aut posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus. eoquod nominis nostros scribere dignatus es in sacro dypticos vestros. actamen ego memorato romano adfirmo vobis ut quandoque vobis posterisque vestris necessas fueris memorata chartula et memorata concessione tunc ego et heredes meis vobis vestrisque posteris eas hostendere et monstrare debeamus ad relegendum ubi vobis necessum fuerit absque omni vestra |ammaricationem nulla vobis mittentes hoccansionem. Quia ita nobis complacui: Si autem nos aut heredes nostris quovis tempore contra hanc chartula offertionis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas. tunc componimus vobis posterisque vestris auri solidos viginti bythianteos : et hec chartula qualiter continet firma remaneat in perpetuum. scripta per manus iohanni curialis scribere rogavimus per indictione memorata octaba †

† Ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ego cesarius filius domini petri rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ego theofilactus filius domini gregorii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

CLXXXIII.

an. 980. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore.........sed et constantino magno Imperatore frater eius anno septimo decimo..... Die vicesima tertia mensis.......octaba neapoli: Certum est nos sergium *et leonem* humiles presbyteris custodes autem ecclesie vocabulo beate et gloriose dei genitricis semperque virginis mariae domine nostre qui dicitur de domino reclausum sita vero in vico qui vocatur danielis. una cum volumtate presentibus domini gregorii et sergii germanis filiis quondam domini iohanni et maru honesta femina filia quondam domini iohanni consensiente ad ea domino theodoro viro suo et maria honesta femina filia quondam domini iohanni quinthi vicedomini relicta quondam iohanni vicedomini hoc est exadelphis dominiis memorate ecclesiae: A presenti die promptissima volumtate venumdedimus et tradidimus vobis domino iohanni venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et baschi: qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario. Id est integras sex uncias nostras iuris memorate ecclesie ex integrum fundum et de integra corrigia de terra in uno coniunctum qui fuit quondam domine mariae honeste femine qui fuit uxor domini iohanni quondam monachi vestri una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitum suum omnibusque sivi pertinentibus. qui indivisas reiacet cum alias quattuor uncias vestras quem emptas habetis a quidem iohanni et stephano germanis filii quondam domini stauracii per chartulam comparationis et cum alias duas uncias.. ....mariae honesta femina filia memorati stauracii. coherente sivi insimul memoratum fundum cum memorata corrigia hab uno latere parte septemtrionis fundum vestrum iuris memorati sancti et venerabilis vestri monasterii et via communale qualiter inter hoc et memoratum fundum vestrum termines finiuntur. et ex alio latere parte meridiana fundum et terra quidem ursi pilari et fundum de illi saviniani. de uno capite parte horientis terra vestra et monasterii sanctorum seberini et sossi ubi eorum venerabilia quiescunt corpora sicuti inter se sepi exfinat. de alio capite parte hoccidentis memorata via communalem. De qua nihil nobis ex ipsas sexuncias nostras

intus memoratas coherentias aliquod remansit aut reservavimus nec in alienam personas commisimus potestatem. Ita ut ha nunc et deinceps memoratas integras sex uncias nostras de memoratum integrum fundum et de memorata integra corrigia de terra in uno coniunctum posita vero ad sanctum petrum ad paternum una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitum suum omnibusque sivi pertinentibus. unde nihil nobis exinde remansit aut reservavimus quatenus sicut superius legitur a nobis vobis sit venumdatas et traditas in vestra posterisque vestris sint potestatem queque exinde facere volueritis semper liberam habeatis potestatem. et neque a nobis memorato sergio et leonem humilis presbyteris cum volumtate memoratorum dominiis memorate ecclesie neque a posteris nostris neque a memorata ecclesia nostra neque ab istorum dominiis nec ab eorum heredibus nullo tempore numquam vos memoratus dominus iohannes venerabilis ygumenus aut posteris nec memoratus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personas ha nunc et imperpetuis temporibus pro eo quod impresentia accepimus a vobis exinde idest auri tari triginta in omnem decisione seu deliberàtionem. Quia ita inter nobis combenit: Si autem nos aut posteris heredibusque nostris quovis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumpserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personas. tunc componimus tibi tuisque posteris auri solidos viginti bithianteos: et hec chartula qualiter continet firma permaneat imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis per indictione memorata octaba †

Hoc signum † manus memorati gregorii et sergii germanis. signum † manus memorate maru honeste femine cum volumtate memorati theodori viri sui. signum † manus memorate marie honeste femine hoc est exadelphis quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memoratos tari

† Ego sergius presbyter subscripsi † † ego leo presbiter subscripsi †

† ego gregorius filius domini cesarii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego iohannes filius idem domini iohanni tabularii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego gregorius filius domini leoni rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi die et indictione memorata octaba †

FINIS.

ADNOTATIONES

IN SECUNDAM PRIMI VOLUMINIS PARTEM.

I.

MEMBRANA LII. PAG. 3. V. 1.

Hoc exemplum, cuius autographum conditum fuit anno 948, conscriptum esse anno 1093 ostendunt notae chronologicae in Primarii et Tabularii subscriptionibus.

II.

MEMBRANA LV. PAG. 10, V. 2.

Praesentis chartulae indictionem perperam pro nona Notarius supputavit; numerabatur enim X. indictio in mense septembris anni XIX Gisulphi, scilicet 951 a Christo nato, cum Princeps ipse dominationis societatem auspicatus esset anno 933. Hanc vero societatem initam fuisse sub aprilis anni eiusdem exitum contendit A. de Meo (*App. cronol. 295*) adversus Pellegrinium ac Blasium, quorum prior mense ianuario, alter mense maio ipsius anni, Gisulphum a patre principatûs socium nuncupatum fuisse putarunt. Verumtamen cum duo cavensis archivi documenta, condita mense martio anni 959, praeseferant annum 26 dominationis Gisulphi, alia vero, quae in nostro extant Archivo, eodem anno et mense conscripta, annum 27 eiusdem Principis numerarint, hinc colligitur Gisulphum nec ante nec post mensem martium anni 933 paternae potestatis socium evasisse, quo quidem tempore, teste Romualdo salernitano apud Pellegrinium *(Historia principum langobardorum t. IV. pag. 144.)* quadrimus ipse Princeps extabat.

III.

IBIDEM V. 3.

Sassi pagus, aevo quo praesens documentum conscriptum est, ad agrum Coemeterii (vulgo hodie *Cimitile*) spectabat, prout e nostri Archivi chartis edocemur, quas heic editas inspicere est sub numeris CXXXVII et CXXXVIII. Cum vero Coemeterium ea tempestate langobardis Salerni principibus subderetur, ut in suis ad Pellegrinium adnotationibus palam fecit Pratillus (*t. V. p. 266.*), hinc *Sassum* ipsum iisdem principibus parere debuit.

IV.

MEMBRANA LVI. PAG. 12, V. 15.

Ecclesiam *S. Iulianes*, quae in regione portae S. Ianuarii extitisse heic dicitur, e quadam chartula anni 1262, cuius quidem argumentum tantummodo asservatur in nostro archivo, recentiori aevo confectum, eruitur positam fuisse *inter bicora Carrarium et S. Iulianem*. Instrumentum anno 1002 conditum, quod in priore huiusce voluminis parte pag. 46 nostra innuit adnotatio, nos docet vicum *Carrarium* vocitari quoque suevisse *tria fata*. Nuncupatus vero fuit *tria fata*, teste Tutinio (*De' Seggi pag. 26.*), vicus positus in parte postica monasterii S. Patritiae. Cuivis hinc patet quo tandem in loco regionis portae S. Ianuarii extiterit ea S. Iulianes ecclesia, de qua sermo est in praesenti documento.

Ex eodem porro amissae chartulae argumento liquet, hanc ecclesiam ad S. Sebastiani monasterium spectantem cuidam cathedralis neapolitanae Diacono (nimirum Canonico) sub annua certi canonis pensitatione traditam fuisse. Hinc fortasse contigit, ut uni ex eiusdem cathedralis Canonicis Diaconis adhaeserit titulus *S. Iulianissae*, seu *Iulianessae*, de cuius nomenclationis exitu consule Mazochium (*De cathedr. neap. vicib. pag: 249 adnot: (11)*).

V.

MEMBRANA LX. PAG. 21. V 5.

Praesens instrumentum anno 951 conscriptum quod νοθείας insimulari nullo modo posse diligentissima ipsius exploratio nobis persuasit, palam facit, Ioanni, qui per ea tempora neapolitano praeerat Ducatui, parentem fuisse Marinum Ducem, de quo non alia hactenus mentio nobis occurrit, etsi omnes quidem nostrates scriptores testantur Ioannem Gregorio successisse. Nobis statui fortasse posse videtur, Marinum Ducem, quem nostrum hoc documentum innuit, Gregorii fratrem germanum fuisse, et ab eo cooptatum in Ducatus societatem Ducis titulum obtinuisse; Gregorio deinde praemortuum esse, suumque filium Ioannem patrui superstitis socium in dominatu evasisse, quod anno 932 jam contigisse opinati sumus in priori hujusce voluminis parte pag. 57, adnot. (3).

VI.

MEMBRANA LXIV. PAG. 31 , V. 7.

Esfalia ydiosceri graecanica nimirum vocabula sunt, quamdam literarum immutationem in vulgari nostratum eloquio perpessa. Apud graecos διόχειρον ἀσφαλείας dicebatur, nempe *securitatis chartula propria manu exarata*. Vide sis Cangii mediae et infimae graecitatis glossarium in voce ἰδιόχειρον. In amalphitano quodam documento die prima februarii anni 1273 condito, quod in nostro extat Archivo, item occurrit *idiocheri* nomenclatio; ibi enim legitur: *firmavi vobis predictam Mariam per instrumentum* idiocheri *secundum consuetudinem istius civitatis super ipsis domibus meis*. Ad haec in altera ex insequentibus membranis pag. 69 v. 30 habes item memorationem chartulae, quae *exfalia* nuncupatur.

VII.

MEMBRANA LXXII. PAG. 45. V. 7.

S. Eutimii Ecclesia, quam in vico Solis et Lunae, hodie *del sole* nuncupato, extitisse praesens documentum innuit, ad S. Sebastiani monasterium pertinebat, ac propterea penes ipsum fuit nominare qui eamdem ecclesiam moderandam susciperent, uti constat e binis chartulis, quarum prior anno XIV Imperatoris Alexii, altera anno III Ioannis Porphyrogeniti conscriptae, deinceps edentur.

VIII.

MEMBRANA LXXIII. PAG. 47. V. 16.

Ecclesia *S. Petri* puteolano condita in castro a S. Proculi Episcopio parum distabat. Eius vero Rectores nominari consueverunt a S. Sebastiani monasterio, cui suberat ipsa ecclesia, quemadmodum testatur instrumentum posthac typis mandandum, exaratum anno 1. post mortem Constantini die 24 Iulii indictione nona.

IX.

MEMBRANA LXXXVII. PAG. 79. v. 19.

Vox ὄργαιον graece instrumentum γενικῶς denotavit, sive rei rusticae, sive alteri cuivis arti inserviret. Eadem prorsus notione latine *organum* fuit usurpatum, uti prae reliquis patet e Columella, qui non modo *Ciconiam* mensurae genus, quam perficiendam ipsemet curarat, verum et *tudiculam*, praeli genus contundendis olivis mancipatum, *organum* nuncupavit (lib. 3.

cap. 13, et lib. 12. cap. 50). Nostratibus item in chartulis vocabulum *horganeum*, vel *organum* eamdem minime definitam habuit significationem, qua Graeci ac Latini ipsi usi fuerunt, quemadmodum testantur membrana tum praesens, tum quae priori huius voluminis parte edita fuit sub numero XII. pag. 43. n. 1, et altera, quam anno 966 conscriptam sub numero CCXLI. deinceps edemus. Mirum autem nobis videtur Muratorium in dissertatione XXIV. de citato priori Columellae loco verba facientem existimasse *organum* dici consuevisse vel instrumentum metandis agris comparatum, discrimen vero non animadvertisse inter γενικὴν eam vocem, et alteram peculiarem nempe *Ciconiam*, quam Columella *κατὰ συνεκδοχὴν organum* appellarat.

X.

MEMBRANA XCIV. PAG. 92. V. 12.

Duo nimirum *Quarti* in Liburia neapolitana extiterunt, quorum qui *Maior* dicebatur, fuit adnotationis nostrae argumentum in pagina 166 prioris partis huiusce voluminis. Alter vero *Quartus*, qui *τῷ ἐπιθέτῳ piczolus* a priori distingui consuevit, positus erat prope *Geniolum*, uti patet ex instrumento condito sub Imperatoribus Basilio et Constantino die 20 februarii anni 1020, quod deinceps dabimus. *Geniolum* vero fuisse prope nostrum suburbanum pagum vulgo nuncupatum *S. Giovanni a Teduccio* docet adnotatio (2) in eiusdem prioris partis pagina 94.

XI.

IBIDEM V. 15.

Formulae *dare* vel *habere terras in colligio* vel *collogio*, uti tum ex hac membrana cum ex altera sub num. CCXLI. pag. 146 v. 2. proxime edenda liquet, eam colonorum societatem denotavit, qua fiebat, ut quidquid in praediorum cultura impenderent lucrifacerent, aequalibus inter eos partibus divideretur.

XII.

MEMBRANA XCV. PAG. 94, V. 7.

Antiquioribus ecclesiis neapolitanis adnumeratur haec, quae in regione Portus S. Petro Apostolo dicata fuit in vico *Melia* sive *Media*, qui a nobili olim, posthac vero extincta familia *Media* sibi nomen adscivit, teste Tutinio (*De' Seggi pag.* 32). Coniunctum ecclesiae fuisse monasterium praesens instrumentum docet. Sequiori porro aevo eamdem tum S. Petrum, tum S. Scholasticam patronos habuisse, et sub titulo *S. Petri in vinculis* appellatam esse tradit Sabbatinius (*Del Calendario T. II. pag. 29*), qui praeterea (*T. VI. pag. 84*) chartulae huius quosdam affert versus, quos tamen vir ipse alioquin doctissimus perperam interpretatus fuit.

XIII.

MEMBRANA CXV. PAG. 139. V. 2.

Chronologicus Alexandri de Meo Apparatus *(pag. 416)* annos, quibus Imperio constantinopolitano praefuit Nicephorus Phocas, a die XVIII. mensis augusti numeravit. Nos vero inspectis chronologicis notis instrumentorum, quae sub eiusdem Principis dominatione condita heic eduntur, ac praesertim duorum, quae numeris CXV. et CXXIII. consignantur, comperimus Alexandrum de Meo statuisse initium principatus Nicephori paucis ante diebus, quam reapse evenit. Superiori enim e duobus hisce instrumentis conscripto sub die XXIX. augusti 965. secundus Nicephori annus, in altero vero diei IX. septembris 966. annus quartus recensentur, cuiusmodi supputatio nobis palam facit Nicephorum nec ante diem XXIX. augusti anni 963, neque post diem IX. septembris anni eiusdem graeco Imperio potitum fuisse. Adfirmari vero iure non potest nostros Curiales in exarandis chronologicis suarum membranarum notis plerumque aut dormitasse, aut suae quemque lubidini obsecutum fuisse; nam contra hac potissimum in re singularem quamdam diligentiam eos exseruisse ipse de Meo adversus Claritium contendit *(ibidem pag. 62)*. Huc accedit, quod complures aliae chartulae, quas sub eodem Nicephoro neapolitano in Ducatu conditas nos diligenter inspeximus, non modo omnes mirifice ad eamdem supputationem conspirant, verum etiam nullum omnino nobis indicium prodiderunt, quare earumdem ingenuitatem in dubium revocaremus.

XIV.

MEMBRANA CXIX. PAG. 147. V. 4.

In huiusce documenti exemplo, quod edidit Muratorius in dissertatione LXV, episcopus modo Sergius, modo Gregorius nuncupatur; in autographo vero, quod heic exscriptum exhibetur, usque Gregorius dicitur. Alter hic igitur neapolitanae sedis episcopus nunc primum indubius innotescit.

Ex hoc porro diplomate patet eamdem sedem anno 966 adhucdum episcopalem fuisse. Quocirca Mazochius (*De Cath. ecc. neap. p. XXVII. et 115 n. 13*), ex Ughellii sententia recte inter incerta posuit neapolitanam cathedram anno 962 iam evasisse archiepiscopalem, et nudam sibi archiepiscopi dignitatem arrogasse putavit Nicetam illum, quem primum Neapolis archiepiscopum fuisse arguerat Chioccarellius (*Antist. pag. 115*) e quodam monasterii S. Sebastiani diplomate eiusdem anni 962, quod temporis injuria fortasse amissum frustra nos inter ipsius monasterii membranas conquisivimus. Ex testimonio vero tum praesentis documenti, cum eorum, de quibus mentio est apud Alexandrum de Meo (*Appar. cronol. pag. 61*), edici posse videtur, neapolitanam ecclesiam metropolitica dignitate illustratam fuisse inter annum 966 et annum 981.

XV.

MEMBRANA CXXXIII. PAG. 175. V. 4.

Post Gisulphum anno 776 calatensis ecclesiae episcopum desiderari per aliquot saecula eiusdem ecclesiae episcopos ait Ughellius *(It. sac. t. VI. p. 562)*. Ursum porro ipse meminit praecessorem episcopi S. Stephani, qui anno 976 calatensem cathedram obtinebat. E nostro hoc documento alter in lucem prodit episcopus eiusdem S. Stephani praecessoribus adcensendus.

XVI.

MEMBRANA CL. PAG. 213. V. 3.

Annos Ioannis Zemiscae, qui Nicephoro interfecto ad graecum accessit Imperium, a die XXV. decembris anni 696 supputavit Alexander de Meo *(App. Cronol. pag. 416)*. Sed nostrum documentum, quod heic sub numero CL. prostat, conditum die XIX. augusti anni 972 secundum praesefert annum dominationis Ioannis, ex quo Principem hunc die XIX. augusti 970 nondum ad constantinopolitanam Aulam sibi iter stravisse arguimus. In documento porro heic item edito sub numero CLVI. annus quartus Ioannis recensetur sub die XIV. septembris anni 973, cuiusmodi notae testantur eadem die, eodemque mense anni 970 primum annum imperii jam coeptum esse numerari. E reliquis instrumentis sub eodem Neapoli conscriptis, eadem eruitur chronologica supputatio. Unumquodque vero ex hisce documentis, quibus praesens nostra innititur animadversio, nullum sublestae fidei argumentum nobis prodit. Nostrarum itaque membranarum testimonio statui posse censemus Ioannem Imperatoris munia suscepisse iis diebus, quae inter diem XIX. augusti, et diem XIV. septembris anni 970 intercesserunt.

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

Litterae *vol.* volumen *P.* partem : *p.* paginam : *n.* notam designant.

B

C

*

D

K

L

M

N

*

riscopi calatensis.

[illegible]

tis.

[illegible]

Specdus versibus membranae CLXVI pag. 248

[illegible]